
Princeton University Library
32101 059064897


EX LIBRIS
A. TRENDELENBURG.



PLUTARCHI
VITA THEMISTOCLIS.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS SUIS
ILLUSTRAVIT

Heinrich Ferdinand
CAROLUS SINTENIS.

PRAECEDIT EPISTOLA AD GODOFREDUM HERMANNUM,
VIRUM ILLUSTREM.

LIPSIAE
SUMPTUM FECERUNT WEIDMANNI
MDCCCXXXII.

PLUTARCHI
VITA THEMISTOCLIS.

RECENSUIT ET COMMENTARIIS SUIS
ILLUSTRAVIT

Heinrich Ferdinand
CAROLUS SINTENIS.

PRAECEDIT EPISTOLA AD GODOFREDUM HERMANNUM,
VIRUM ILLUSTREM.

LIPSIAE
SUMPTUM FECERUNT WEIDMANNI
MDCCCXXXII.

CAROLI SINTENIS

EPISTOLA

AD

GODOFREDUM HERMANNUM

VIRUM ILLUSTREM.

GODOFREDO HERMANNO

VIRO ILLUSTRI

S. D.

CAROLUS SINTENIS.

Quae multa mihi ac magna a numine divino contigere beneficia quoties reputo ac grata memoria recolo, nullum reperio quod ita mihi gratuler, quam quod *Tua, Godofrede Hermanne,* vir illustris, disciplina mihi uti *Tuamque* in amicitiam recipi concessum fuit. Cuius amicitiae quum per quattuor et quod excurrit annos, quos Lipsiae transegi, documenta mihi dederis innumera, tum illud potissimum suspicio ac plurimi facio, quod quem per Societatis Graecae opportunitatem cognovisses *Tibi* deditissimum ad usum *Tuum* consuetudinemque admittere dignabaris. Unde factum, ut cuius ingenium ac doctrinam admirantur ac praedicant omnes mihi et humanitatem eximiam et animi virtutes incomparabiles cognoscere concessum esset. Quapropter ut docendo et erudiendo ingenium conformasti meum et antiquitatis amore complevisti totum, ita *Tu* idem eius, quod rectum ac verum esset et honestum dux et auctor mihi exstitisti gravissimus, eum demum verum esse fructum studiorum humanitatis admonens, non quo verborum quadam ac rerum inani

per se ac futili instituamur cognitione, sed ut animus ad liberalem et sentiendi et faciendi rationem revocetur et recti, veri ac pulcri sensus et excitentur et alantur. Sed absit a me, ut *Tibi* enarrem, *Hermanne*, quantum *Tibi* debeam: neque enim amas laudes *Tuas* praedicantes et de me quidem tanta *Tua* sunt merita, ut nihil videam relictum quod meum sit, ita omnia *Tua* sunt. Quo igitur gratum meum pro tot voluntatis et amicitiae in me *Tuae* documentis testarer animum, meditabar iam tum, quum mihi quotidie *Te* et videndi et audiendi *Tecumque* colloquendi concessa esset opportunitas, conficere quippiam, si possem, quod et amori erga *Te* meo aliqua ex parte responderet et non indignum me fuisse disciplina *Tua* ostenderet. Quam in rem quum nonnulla parassem, quae *Tibi* non displicitura esse putarem, subito rerum mearum facta commutatio cum alia, quae tum meditabar, aliud in tempus iussit reponere, tum moram imposuit studiis meis Plutarcheis. Nam quum munus in me collatum esset et honorificum et exoptatum, nisi quod aegerrime tuli illam a *Te* discedendi necessitatem, meum esse putavi quod mihi impositum esset docendi officium pro virili parte explere. Itaque quum omnis cura ac diligentia muneri tribuenda esset meo, paucae et rarae, novo praesertim in ea re homini, relinquebantur horae, quarum ad meas mihi res concessus esset usus. Eas igitur quamvis sedulo literarum studiis tribuerem, tot tamen erant agenda, ut non sufficerent ad persequendum illud, quod mihi proposueram; obstabat etiam mediocritas illa mea quominus perficerem quod vellem mitteremque ad *Te* studiorum meorum specimen paullo luculentius, quam quod nunc

ad *Te* accedit tenue et exile, quo quidem quid mihi voluerim paucis nunc accipe.

Scis, *Godofrede Hermanne*, vel ex iis, quae olim coram *Te* una cum iucundissimis agitabam amicis, me per tempus aliquod ex graecis scriptoribus praecipua cura tractasse Plutarchum. In quo et emendando et explicando quum intellexissem quantum relicui editores aliis reliquissent, invitatus etiam ipsius scriptoris praestantia plerisque nequaquam satis cognita, periculum facere constitui, quid ego in eo genere possem. Itaque cum unam et alteram vitam brevibus quibusdam notulis instructam edidi, tum vitam elegi Themistoclis, quam ampliore instructam commentario ea omnia complectente, quae quis vel ad sententiarum explicationem vel rerum enarrationem requirere posse videretur, *Tibi* aliisque intelligentibus iudicibus proponerem, ut cognoscerem rectene an secus esset positum studium meum. Qua in re sic sum versatus, non ut pueris scriberem, sed rationem haberem eorum, qui ultra elementa progressi ad Plutarchum accederent vel rerum vel sermonis cognoscendi studio et cupiditate. Quaecunque igitur ex utroque genere aliquam explicationem poscere videbantur studui profligare, quamquam vereor ne aliis hic illic illustrasse videar quod satis per se apertum esset, de aliis paucioribus exposuisse, quam res ipsis flagitare videretur. Sed horum ut admonitiones libenter admittam, ita humanitatem expeto confidoque studium certe meum ac diligentiam non esse desideraturos et *Te*, *Hermanne*, et qui sunt alii aequi et periti harum rerum arbitri. Nam in tanta varietate argumenti operae erat non

exiguae singula uti par erat examinare et explicare, praesertim quum permultis ac gravissimis, quorum aliquis usus erat futurus, subsidiis carerem. Pertinent huc imprimis nonnulla quae ad rerum explicationem spectant, veluti accuratior de scriptoribus quos Plutarchus in hac vita sequutus est auctores enarratio, quam addere constitueram equidem, non probans eos, qui sicubi nonnulla de iisdem rebus ab aliis viderint scripta, acquiescunt in iis et utuntur pro suis, parum de fide eorum solliciti. Sed mox intellexi, eiusmodi, qualem ego molirer tractationem tum excedere huius scriptionis fines et consilium, tum multo maiora, quam quae mihi concessa essent, requirere librorum praesidia. Itaque satis habui haec sic pertractasse, ut paucis quibusdam in universum de singulis quibusque disputatis vel docerem quantum cuique fidei tribuerit Plutarchus quantumque ex eo desumpserit, vel locos demonstrarem Plutarcheos, quibus memoria eorum conservata esset, addita operum, ex quibus quaeque hausta esse probabile esset, significatione et indicio. De aliis autem, quae vel ad rerum gestarum memoriam, vel ad antiquitatis explicationem spectarent, sic disserui, ut examinatis aliorum sententiis proferrem quae maxime mihi viderentur probabilia esse: nam in his quoque nullius admiratione et auctoritate captus mei iuris volebam esse et arbitrii. Sed etiam hic nonnulla sunt, quae aliis non videantur omittenda fuisse, quaeque ipse pervellem addere potuissem. Ita operae pretium erat non modo illam de anno, quo natus esset Themistocles, explicationem profligare totam, sed adiungere etiam perdifficilem illam de relicuis viri fatis, imprimis de anno, quo archon fuisset, quaestionem,

de qua re constat multum disceptatum esse a viris doctis. Nec intermisi in eam rem inquirere, eximie adiutus C. G. Kruegeri, magistri quondam mei, amicitia, sed vel sic restiterunt multa dubia et obscura, nam quam A. Boeckhius nuper de eo argumento scripsit dissertationem uti non licuit, ita ut maluerim totam illam rem intactam relinquere quam afferre, quae ne mihi quidem sufficerent, idque tanto minus dubitavi facere, quod certam Kruegerus spem fecit de tota re denuo quaerendi, quem constat harum rerum indagatorem esse et diligentissimum et subtilissimum.

In verborum vero explicatione sic sum versatus, ut imprimis usum spectarem Plutarcheum, quoniam paucos id videbam egisse. Itaque hic illic concessi mihi ab re proposita nonnihil discedere, ubi in promptu esset quod aliquem fructum in eo genere videretur habere posse, addita interdum de aliis locis sententia mea. Quales digressiones scio equidem nec commodas esse nec gratás plerisque, sed quibusdam in locis ipsa invitabat argumenti opportunitas ut adderem quibus scriptorem vel illustrarem vel emendarem, praesertim quum huius generis nonnulla haberem parata, quae in lucem edi cuperent. Spectant ea imprimis ad vitas, non quod non legerim opera moralia, sed quia nunc quidem vitas pertractare constitui, sperans fore, ut qui operae suae in moralibus positae ponendaeque luculentum edidit specimen vir doctissimus C. Fr. Hermannus, *Tuae, Godofrede Hermanne,* disciplinae alumnus, aliquando ad haec studia aliis non minus laudabilibus nunc intermissa, revertatur. Permultorum vero laudem inventorum praereptam mihi video perlustratis G. H. Schaeferi, quae nunc editae

sunt, animadversionibus, de quibus quaeris fortasse, *Godofrede Hermanne*, quid sentiam. Ad hoc ego quidem sic respondebo, uti decet virum honestum, id est libere et ita, ut non spectem a quo et quali viro conscriptae sint annotationes illae, sed quantum ad Plutarchum contulerint vel intelligendum melius vel corrigendum probabilius. Et profecto permulta Schaeferum intellexisse relicuis interpretibus rectius nec paucis in locis verum et perspexisse et restituisse unum ac solum ut concedimus libenter, ita non miramur in viro omni et ingenii et doctrinae laude florentissimo. Neque tamen celare possum, complura esse in ratione ista, qua uti placuit Schaefero, quae probari nullo modo possint, nonnulla etiam, quae, ut ego sentio, graviter debeant vituperari. Quae ego ne inconsideratius quam verius de tali viro iudicasse videar paucis, ut in magno opere, sed illustribus comprobabo documentis. Ac primum quidem constat vel ex iis, quae ego alio tempore de ea re significavi, textus, quem vocant, Plutarchei eam nunc esse indolem ac rationem, ut nisi vetustae illae, quae Stephanianam praecedunt editiones diligenter et accurate fuerint exploratae nullo modo certum de singulorum locorum scriptura ac fide ferri possit iudicium. Namque Henricum Stephanum constat cum in aliorum scriptorum editionibus, ut ferebat mos illorum temporum, multa ad lubitum novasse, tum in Plutarchi scriptura constituenda eumdem sic fuisse versatum, ut sua inventa librorum lectionibus immisceret, multis ac minime dubiis documentis compertum habemus exploratumque. Inde consequitur vel propter hanc caussam editiones Iuntinam Aldinamque sedulo esse explorandas, quo negotio ne quis eorum,

qui nunc edunt scripta Plutarchea, supersedere possit, factum est I. I. Reiskii ad alia intenti et I. G. Hutteni nimis quam par erat festinantis negligentia, licebitque testimonia eius rei cupientes delegare ad vitas Themistoclis et Aristidis Catonisque a me editas.

Schaeferus igitur quum editionem Reiskiana vetustiorem non inspexerit fieri non potuit aliter quam ut errores, qui orationem Plutarcheam ut edita est ab H. Stephano obsident, aucti illi hic illic Bryaneae editionis vitiis in ipsius editionem transirent, exceptis iis, quos Ioannes Georgius Huttenus nimia Reiskii captus admiratione notavit potius quam emendavit. Poteram ego non pauca eius rei afferre exempla, nam et integra vocabula passim omissa, et apertissima vitia, quae sententiam corrumpunt, meris propagata sunt Stephanianae editionis vitiis typographicis, sed praestat de singulis in singularum vitarum editionibus dicere: interim videantur quae illis locis de ea re a me dicta sunt. Ac videtur ipsum Schaeferum minime latuisse, diligenti et editionum veterum comparatione et lectionum ex codicibus annotatarum, imprimis Vulcobii et Anonymi, examinatione opus esse, si quidem cum alibi verbo id indicavit, tum in annotat. ad Vol. I. p. 435. 34. queritur quod critico apparatu ipsi carendum fuerit. Quod ut sane dolendum est, ita putamus facile futurum fuisse viro doctissimo istarum editionum usum sibi comparare; cui si quis obiicere voluerit, fuisse id ab eius consilio editionis alienum, nihil istam obiectionem valere existimo, quum in tanta scripturae corruptela necessario ad fontes quantum fieri potest redeundum sit ei, qui recte editoris provincia perfungi voluerit. Accedit huc aliud, quod Schaeferi illa edi-

tione utentibus valde incommodum accidit, hoc dico, quod sicut Huttenus Reiskiana commenta tantum non omnia reponere ausus est, ita Schaeferus haud dubitavit et suas non paucas et plurimas recipere Corais coniecturas, quarum permultas ut falsas aut inutiles postea in annotationibus reiicere coactus est, ita ut sedulo comparandae sint annotationes ei, qui textu, qualem dedit vir doctissimus, voluerit uti, ut discat, quale sit illud, quod nunc ei placeat. Quod sane mirarer ego, qui fieri potuerit, nisi facile esset intellectu, Schaeferum quum excudi pateretur potius quam iuberet editionem suam aliis, Demosthenicis imprimis, studiis occupatum paullo festinantius Corais editionem perlustrasse indeque scripturas eas, quae probabiles ipsi essent visae in suam transtulisse, de fide earum non admodum sollicitum. Quod si cui videatur minus credibile, perlustret annotationes Schaeferi imprimis ad duo volumina priora scriptas conferatque quae de interpunctionis provincia correctori commissa ipse profitetur vir doctissimus tam mira, ut non crederem equidem nisi literis exstarent consignata annotat. ad Vol. I. p. 94. 4. Non verendum igitur est ne quis mihi haec et alia festinationi cuidam Schaeferi tribuenti obloquatur, praesertim quum ipsius de ea re querelae exstent passim, veluti annot. ad Vol. I. p. 251. 10. et p. 271. 9. Quam festinationem condonamus viro de graecis literis immortaliter merito, laudare propter ipsum scriptorem non possumus. Nam praeter ea, quae adhuc commemoravi incommoda ex hoc nec alio fonte deducenda, alia sunt eaque, ut ego arbitror, non minora, quae aegre excuses. Etenim quum per festinationem istam suam scripturae discrepantiam, quae ex libris numero

quidem paucis, sed pretio diversissimis, enotata est non ea diligentia, qua par erat, examinare posset, factum est, ut plurimae, quas in textum recepit lectiones postea ei essent repudiandae, eae vero, quae in orationem scriptoris haud cunctanter recipiendae erant, in annotationibus demum probentur et commendentur, sic tamen saepenumero, ut ambigas de editoris iudicio, plerumque *placere* ipsi vel *non displicere* aut *non malam esse* hanc aut illam scripturam breviter significantis, ut mihi quidem non raro in memoriam redierit de simili quadam Marci Antonii Mureti ratione illa Ioannis Taylori ad Lysiam vox: *quid hoc ad criticen, ubi alterutra lectio solummodo est admittenda, nisi utramque existimet ab auctoris manu esse profectam?*

Sed imprimis mihi displicuerunt Schaeferi illa de librorum Bodleianorum primi et secundi lectionibus placita, quae operae pretium videtur examinare allatis exemplis quibusdam, quo et facilius et certius *Tibi, Hermanne*, aliisque de istorum librorum vilitate persuadeam. Nam ego quidem Plutarcho gratulandum puto quod libri isti tam mutili ad aetatem nostram pervenerunt, ut vitas admodum paucas contineant. Usurpavit autem primus ac solus Augustus Bryanus descripsitque Moses Solanus in Praefat. eius editionis p. XLII. seq. ed. Reiskii, non spernendam ratus novorum hanc codicum accessionem. Ac sane nihil est ex eo genere, quod sperni debeat, verius tamen est quod Reiskius scribit Praefat. p. XXXVII., non multum attulisse ad Plutarchi elimationem illos codices Britannicos, nisi quod hoc vellem addidisset, posse eorumdem codicum usum, si adhibeantur incautius,

quod Schaeferus fecit, scriptori etiam damnosum esse; item quod de tertio eorum librorum scribit, quibusdam in vitis scholiorum eum assumentis interpolatum esse, multo id magis valet de duobus prioribus, id quod ego nunc probaturus instituam sic, ut primo loco commemorem interpretamenta librariorum tam aperta, nemini ut levissima dubitatio relinqui possit: simul autem haec ratio aliquantum habebit momenti ad diiudicandam eorum locorum scripturam, ubi per se non ineptum est quod praebent libri Bodleiani. Prioris igitur generis haec sunt. Romul. XXV. — *χώραν τε πολλὴν προέμενοι τῆς ἑαυτῶν, ἣν Σεπτεμπάγιον καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶν ἑπταμόριον*: verba *ὅπερ ἐστὶν* quum non satis aperta viderentur ei, qui istos codices exaravit, praetulit scribere *ὅπερ ἑλληνιστὶ λέγεται*: et hoc quidem, ut exspectari poterat, non probavit Schaeferus; nec probavit quod ibidem XXII. *ἴδιον δὲ τὸ μηδεμίαν δίκην κατὰ πατροκτόνων ὁρίσαντα πᾶσαν ἀνδροφονίαν πατροκτονίαν προςειπεῖν* iidem librarii non intelligentes vulgatae scripturae rationem eam corrupere in hunc modum: — *κατὰ πατροκτόνων θεῖναι, ἀλλ' ὁρίσαντα* —: item Thes. XXIII. *τὸ δὲ πλοῖον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον* bellam propinant lectionem hanc: *φημὶ δὲ τὴν τριακόντορον*. Solon. VI. autem — *πυνθανόμενον, μὴ Σόλωνος ὁ τεθνηκὼς υἱὸς ὠνομάζετο· φήσαντος δὲ τοῦ ἀνθρώπου, τὸν μὲν παίειν τὴν κεφαλὴν* — non intellecta verbi *φάναι* vi ac potestate scripserunt *φήσαντος δὲ ναί τοῦ ἀνθρ.*, quod sibi habeat cui necessarium videbatur A. Bryanus.

Accedo ad aliud, quamvis consimile librorum Bodle-

ianorum vitium, utpote profectum ex perverso perspicuitatis cuiusdam studio, quod Schaeferum toties fefellit, ut facile vel ex hoc uno vitii genere appareat, numquam eum de singulorum librorum pretio ac fide cogitasse. Ita quum Thes. XX. *οἱ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαί φ α σ ι ν αὐτὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, οἱ δὲ εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν Οἰνάρῳ — συνοικεῖν, ἀπολειφθῆναι δὲ τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας — —, ἔνιοι δὲ καὶ τεκεῖν ἐκ Θησέως Ἀριάδνην*: in Bodl. 1. 2. scriptum esset *ἔνιοι δέ φ α σ ι τεκεῖν*, probavit eam scripturam Schaeferus, non reputans quam apta esset *καὶ* particula, nec cogitans quae interiecta sunt inde a verbis *τοῦτο γὰρ* usque ad *Ἀθηναίους* in parenthesi dicta putanda esse, ut non addendum sit *φασὶ*, sed subaudiendum ex praegresso. Nec videtur compertum habuisse vir doctissimus, nihil ista omissione apud Plutarchum esse frequentius, sive cognatae significationis vocabulo praegresso, sive sic comparata totius orationis conformatione, nihil ut ambigui aut obscuri habeat omissio. Paucis hoc olim significavit E. H. G. Leopoldus, vir doctus et industrius, ad Romul. I. et ad Thes. XXII. multisque ego confirmabo exemplis. Ita quum Romul. IV. rectissime scriptum exstaret sic: *καίτοι τοῦτο παθεῖν αὐτὴν ἐξαπατηθεῖσαν λέγουσιν, ὑπὸ τοῦ Ἀμουλίου διαπαρθενευθεῖσαν, ἐν ὅπλοις ἐπιφανέντος αὐτῇ καὶ συναρπάσαντος· οἱ δὲ τοὔνομα τῆς τροφοῦ δι᾽ ἀμφιβολίαν ἐπὶ τὸ μυθῶδες ἐκτροπὴν τῇ φήμῃ παρασχεῖν· λούπας γὰρ ἐκάλουν οἱ Λατῖνοι τῶν τε θηρίων τὰς λυκαίνας καὶ τῶν γυναικῶν τὰς ἑταιρούσας· εἶναι δὲ τοιαύτην τὴν Φαυστύλου γυναῖκα τοῦ τὰ βρέφη θρέψαντος*, Schaeferus comprobavit Bodleianorum scri-

pturam *εἶναι δὲ λέγουσι τοιαύτην*: in qua quis est quin agnoscat manum correctoris, non intelligentis, quod Plutarchus dicit *εἶναι δὲ τοιαύτην* — referre eum tamquam opinionem eorum, quos in praegressis significasset verbis *οἱ δὲ τοὔνομα κ. τ. λ.*, cui rationi minime obstat, quod in iis, quae intermedia sunt posita, *ἐκάλουν* dixit, nec *καλεῖν*, nam haec quidem adiecit de suo, ut cum alibi saepe, tum Romul. XXII. *οἱ δὲ τοῦτο μὲν εἰς Νουμᾶν ἀναφέρουσι, τὰ δ' ἄλλα τὸν Ῥωμύλον διαφερόντως θεοσεβῆ, ἔτι δὲ μαντικὸν ἱστοροῦσι γενέσθαι καὶ φορεῖν ἐπὶ μαντικῇ τὸ καλούμενον λίτυον· ἔστι δὲ καμπύλη ῥάβδος, ᾗ τὰ πλινθία καθεζομένους ἐπ' οἰωνῶν διαγράφειν· τοῦτο δ' ἐν Παλατίῳ φυλαττόμενον ἀφανισθῆναι περὶ τὰ Κελτικὰ τῆς πόλεως ἁλούσης*: ubi itidem eodem complemento libri isti *φυλαττόμενον λέγουσιν*, quod nescivisse suspiceris Schaeferum, qui nihil de eo annotaverit. Sed eiusdem vitae XXI. *Τὴν δὲ Καρμένταν οἴονταί τινες μοῖραν εἶναι κυρίαν ἀνθρώπων γενέσεως· διὸ καὶ τιμῶσιν αὐτὴν αἱ μητέρες. Οἱ δὲ τὴν τοῦ Εὐάνδρου τοῦ Ἀρκάδος γυναῖκα, μαντικήν τινα καὶ φοιβαστικὴν ἐμμέτρων χρησμῶν γενομένην, Καρμένταν ἐπονομασθῆναι* iidem libri pro more suo vocabulo postremo addunt *φασί*: *placet*, Schaeferus ait; mihi vero glossema istud displicet cum maxime suadeoque mutata interpunctione post *μητέρες* commate distinguere: nam *οἱ δὲ* opponuntur verbis *οἴονταί τινες*. Similiter Thes. XXIX. *οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι· Φιλόχορος δὲ καὶ σπονδὰς περὶ νεκρῶν ἀναιρέσεως γενέσθαι πρώτας ἐκείνας* placuit viro doctissimo quae in farragine Vulcobiana exstat scriptura *πρώτας ἐκείνας γενέσθαι φησί*, quam facile intelligi-

tur non minus esse interpretis, quam quod Thes. XVI. *Ἀριστοτέλης δὲ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ Βοττιαίων πολιτείᾳ δῆλός ἐστιν οὐ νομίζων ἀναιρεῖσθαι τοὺς παῖδας ὑπὸ τοῦ Μίνω, ἀλλὰ θητεύοντας ἐν τῇ Κρήτῃ καταγηράσκειν· καί ποτε Κρῆτας εὐχὴν παλαιὰν ἀποδιδόντας ἀνθρώπων ἀπαρχὴν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλειν* alter habet ex Bodleïanis *φησὶν ὁ Ἀριστοτέλης*, quod quis non miretur placere potuisse Schaefero? Sed eidem placuit etiam Romul. I. init. *τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα — οὐχ ὡμολόγηται παρὰ τοῖς συγγραφεῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν Πελασγοὺς — αὐτόθι κατοικῆσαι καὶ — οὕτως ὀνομάσαι τὴν πόλιν* eorumdem librorum scriptura *ἀλλ' οἱ μέν φασι*, quantumvis in promptu esset verborum *οὐχ ὡμολόγηται* interpretatio haec: *non uno consensu tradunt*, et consimilis, non diversa, ut Schaefero visum est, ratio sit Romuli II. *οὐ μὴν οὐδ' — ὁμολογοῦσι περὶ τοῦ γένους αὐτοῦ. Οἱ μὲν γὰρ Αἰνείου καὶ Δεξιθέας τῆς Φόρβαντος υἱὸν ὄντα νήπιον εἰς Ἰταλίαν κομισθῆναι κ. τ. λ.*, ubi in iis, quae sequuntur, cum alia quaedam interpolata sunt in istis libris, tum nemo iam mirabitur in iisdem scriptum exstare *οἱ μὲν γὰρ λέγουσιν*, hic quoque non improbante Schaefero, etsi non pervicaciter repugnaturo, si quis *λέγουσιν* malit omitti. Id igitur ego non malo, sed volo unice; item Romul. XXIX. servatam volo vulgatam scripturam hanc: *τὴν δὲ γενομένην ἐπωνυμίαν τῷ Ῥωμύλῳ τὸν Κυρῖνον οἱ μὲν Ἐνυάλιον προσαγορεύουσιν· οἱ δὲ πολίτην, ὅτι καὶ τοὺς πολίτας Κυρίτας ὠνόμαζεν· οἱ δὲ τὴν αἰχμὴν ἢ τὸ δόρυ τοὺς παλαιοὺς κῦριν ὀνομάζειν κ. τ. λ.*, nec vereor ne quis assentiatur Schaefero hic quoque Bodleianorum scripturam *ἢ τὸ δόρυ φασὶ* comprobanti.

Haec exempla, quae pluribus poteram augere, ut Schaeferi levitatem quamdam in usu codicum testantur perspicue, ne hoc quidem reputantis, prorsus incredibile esse, tot in locis ex vitis duabus tribusve allatis relicuis ex libris omnibus istud verbum excidisse, servatam in codd. istis scriptoris manum superesse solis, ita si minus festinanter annotationes suas conscripsisset, certis minimeque dubiis documentis poterat perspicere, vana ista esse a librariisque profecta supplementa in locis, quos attuli, omnibus, si quidem aliquot in locis tam inepte additum est verbum istud, ut nescias, magisne mireris librariorum imperitiam, ubicunque aliunde pendentem viderent infinitivum dilectum ipsis verbum inserentium, an editorem talia commenta pro genuina commendantem Plutarchi scriptura. Eius igitur generis sufficiat tria attulisse exempla. Romul. XV. *Σέξτιος δὲ Σύλλας ὁ Καρχηδόνιος, οὔτε μουσῶν οὔτε χαρίτων ἐνδεὴς ἀνὴρ, ἔλεγεν ἡμῖν, ὅτι τῆς ἁρπαγῆς σύνθημα τὴν φωνὴν ἔδωκε ταύτην ὁ Ῥωμύλος· ἅπαντες οὖν ἐβόων τὸν Ταλάσιον οἱ τὰς παρθένους κομίζοντες, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς γάμοις παραμένειν τὸ ἔθος*: structuram quum non intelligerent librarii codd. Bodleianorum scripsere *παραμένειν λέγουσι*: sed cumulum addidere imperitiae suae quod eiusdem vitae XXI. *Βούτας δέ τις αἰτίας μυθώδεις ἐν ἐλεγείοις περὶ τῶν Ῥωμαϊκῶν ἀναγράφων φησὶ, τοῦ Ἀμουλίου τοὺς περὶ τὸν Ῥωμύλον κρατήσαντας ἐλθεῖν δρόμῳ μετὰ χαρᾶς ἐπὶ τὸν τόπον —, καὶ μίμημα τοῦ τότε δρόμου τὴν ἑορτὴν ἄγεσθαι καὶ τρέχειν τοὺς ἀπὸ γένους — καὶ τὸ μὲν ξίφος ἡμαγμένον προσφέρεσθαι τῷ μετώπῳ, τοῦ τότε φόνου καὶ κινδύνου σύμβολον, τὴν δὲ διὰ*

τοῦ γάλακτος ἀποκάθαρσιν ὑπόμνημα τῆς τροφῆς αὐτῶν εἶναι, correxerunt *εἶναι λέγουσιν*, ibidemque XXV. *αὖθις δὲ περὶ Φιδήνην ἐμαχέσαντο, καὶ τὸ μὲν πλεῖστον ἔργον αὐτοῦ Ῥωμύλου γενέσθαι, τέχνην τε μετὰ τόλμης πᾶσαν ἐπιδειξαμένου ῥώμῃ τε καὶ ποδωκείᾳ πολὺ δόξαντος ἀνθρωπίνης κρείττονι κεχρῆσθαι, πάντες ὁμολογοῦσι* corruperunt genuinam scripturam corrigendo *γενέσθαι φασί*, quod quum inter scribendum perfecissent non intenti ad sequens verbum *ὁμολογοῦσι*, mox quum ad istud verbum pervenissent intellexissentque pessime procedere omnem orationem, consulturi scilicet isti incommodo, multo ineptiorem correctionem commenti sunt hanc: *ὃ καὶ πάντες ὁμολογοῦσιν*.

Est autem huius omissionis ratio multiplex, cuius quoniam in eo argumento nunc versamur, alia quaedam partim secus intellecta addimus exempla. Opp. Moral. p. 567. F. *φῶς ἔφασκεν ἐξαίφνης διαλάμψαι μέγα καὶ φωνὴν ἐκ τοῦ φωτὸς γενέσθαι προστάττουσαν εἰς ἄλλο γένος ἡμερώτερον μεταβαλεῖν, ᾠδικόν τι μηχανησαμένους παρὰ ἕλη καὶ λίμνας ζῷον· ὧν μὲν γὰρ ἠδίκησε, δέδωκε δίκας, ὀφείλεσθαι δέ τι καὶ χρηστὸν αὐτῷ παρὰ θεῶν*: aut *δεδωκέναι*, aut *ὀφείλεται* corrigendum esse visum est Reiskio. *At enim quod pro δεδωκέναι*, inquit Wyttenbachius, *posuit δέδωκε, fecit id conversione orationis non adeo inusitata, de qua et Longinus docuit de Sublim. XXVII. Hic nihil deest quam ἔφη, ut solent nonnumquam scriptores, v. c. Xenoph. Ages. III. 5. Lucian. Zeux. p. 847. Plut. Apophth. p. 175. B.* Sed de loco Apophthegm. dubitari potest; rei de qua nunc agimus certius exemplum exstat p. 154.

F. *τέλος δὲ καὶ τούτου τοῦ λόγου λαβόντος ἠξίουν ἐγὼ καὶ περὶ οἴκου, ᾗ χρηστέον, εἰπεῖν τοὺς ἄνδρας ἡμῖν· βασιλείας μὲν γὰρ καὶ πόλεις ὀλίγοι κυβερνῶσιν, ἑστίας δὲ πᾶσιν ἡμῖν καὶ οἴκου μέτεστι,* ubi recte Wyttenbachius: *desideratur ἔφην, inquam, quae omissio intelligenda est ex conversione orationis obliquae in rectam.* Add. ibidem p. 155. C. *τῶν δ' ἄλλων ἕκαστος ἀποφαίνεσθαι δίκαιός ἐστι τὴν ἑαυτοῦ γνώμην. οὕτως ὁ Σόλων, ἄριστον αὐτῷ δοκεῖν οἶκον, ὅπου τὰ χρήματα μήτε κτωμένοις ἀδικία — — πρόςεστιν,* quae scriptura optima est nec deterior ea, quam Stobaeus servavit p. 484. *τοῦτον οὖν ἄριστον ὁ Σόλων εἶπεν αὐτῷ δοκεῖν οἶκον,* quam prae vulgata probavit Wyttenbachius; nec *ἔφη* aut addendum aut subaudiendum cum Reiskio, sed *ἀπεφήνατο* intelligendum ex praegressis.

Sed revertor ad libros Bodleianos: ex quibus quum Schaeferus Solon. XIV. vulgatam scripturam: *πρὸς δὲ Φῶκον ἐν τοῖς ποιήμασι γράφων*

εἰ δὲ γῆς, φησὶν, ἐφεισάμην
πατρίδος, τυραννίδος δὲ καὶ βίης ἀμειλίχου
οὐ καθηψάμην —

Coraen sequutus correxisset in hanc speciem: *πρὸς δὲ Φ. ἐν τοῖς ποιήμασι γράφων φησίν*

εἰ δὲ γῆς ἐφεισάμην —

facile intellexit quum annotationes suas scriberet, restituisse se illud, quod interpretis esset, sedem vocabuli mutantis, ne ordo verborum poetae interrumperetur insolentius, videturque ad rectius de illo loco iudicandum imprimis adductus esse loco quem affert eiusdem vitae XXVI. *προςαγορεύσας γὰρ ἐν ταῖς ἐλεγείαις τὸν Φιλόκυπρον*

Νῦν δὲ, φησὶ, σὺ μὲν Σολίοισι πολὺν χρόνον ἐνθάδ᾽ ἀνάσσων
Τήνδε πόλιν ναίοις καὶ γένος ὑμέτερον·

nam ita scribendum esse pro Reiskii correctione *τὴν πόλιν εὖ ναίοις* vulgatae lectionis *τήν τε πόλιν ναίοις*, recepta demum ea correctione ex Corais curis secundis T. VI. p. 478. intellexit Schaeferus. Sed utriusque loci mirum est mox adeo fuisse immemorem virum doctissimum, ut Pelopid. I. librorum scripturam: *Λακεδαιμόνιοι δὲ καὶ ζῆν ἡδέως καὶ θνήσκειν ἀμφότερα ἀρετῇ παρεῖχον, ὡς δηλοῖ τὸ ἐπικήδειον·*

Οἵδε (γάρ φησι) θάνον, οὐ ζῆν θέμενοι καλὸν οὐδὲ τὸ θνήσκειν
ἀλλὰ τὸ ταῦτα καλῶς ἀμφότερ᾽ ἐκτελέσαι.

Coraen sequutus refinxerit sic:

Οἳ θάνον, οὐ τὸ ζῆν θέμενοι καλὸν —

sic Coraes, inquiens, *ex codice.* Quaeris codex ille qualis sit: nempe lectiones istae Anonymi. Hic quidem correctionem suam auctor sive ex ingenio petiit sive ex Moral. p. 110. B., quo et ipso loco vulgata scriptura sic habet: *οἳ δ᾽ ἔθανον*: de codicibus non constat, quoniam incredibili negligentia in ea re versatus est Wyttenbachius. Sed de relicuis alibi locus erit quaerendi, id unum nunc contendimus, perperam exturbatum esse *φησὶ* vocabulum, confirmatum illud etiam codicum Parisini, Palatini, Monacensis, quorum enotatas habeo lectiones, fide et auctoritate, stabilitumque usu scriptoris aliquanto crebriore quam opinati videntur esse Coraes Schaeferusque. Vid. Moral. p. 110. B. *Ὁ Κρεσφόντης δέ που ὁ παρὰ τῷ Εὐριπίδῃ περὶ τοῦ Ἡρακλέους λέγων*

εἰ μὲν γὰρ οἰκεῖ, φησὶ, νερτέρας ὑπὸ χθονὸς —

Ibid. p. 116. D. *διὸ καὶ περὶ μὲν τούτων φησὶν ὁ Ιων οὕτως —, ὁ δὲ Πίνδαρος*

σοφοὶ δὲ, φησὶ, καὶ τὸ μηδὲν ἄγαν ἔπος αἴνησαν περισσῶς.

et p. 107. B. *ὁ γοῦν Σιμωνίδης*

ἀνθρώπων, φησὶν, ὀλίγον μὲν
κάρτος —

atque ut saltem *γὰρ* particulam in loco vitae Pelopidae aliquot tuear exemplis similiter insertae particulae, conf. Moral. p. 103. F.

τροχοῦ γὰρ περιστείχοντος ἄλλοθ' ἡ 'τέρα
ἅψις ὕπερθε γίγνετ', ἄλλοθ' ἡ 'τέρα.

p. 103. A.

οὐκ ἔστιν γὰρ ὅςτις πάντ' ἀνὴρ εὐδαιμονεῖ.

p. 102. B.

ψυχῆς γὰρ νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι.

ac vereor ne p. 120. A. *Ἀλλ' ἀώρως ἐτελεύτησεν. Οὐκοῦν εὐποτμότερος διὰ τοῦτο καὶ κακῶν ἀπείρατός ἐστιν, ὁ βίος γὰρ, φησὶν Εὐριπίδης, ὄνομ' ἔχει, πόνος ἐγώ σ'* frustra fuerit Hugo Grotius in Excerpt. Trag. p. 433. versum antiquitus sic fuisse scriptum coniiciens:

ὁ βίος γὰρ ὄνομ' ἔχει, πόνος δ' ἔργῳ πέλει·

quae coniectura admodum probabilis visa est cum aliis, tum Valckenario ad Eur. Phoen. p. 402. et A. Matthiae Fragm. Eurip. T. IX. p. 390., ac sane elegantem esse quis neget? Sed *γὰρ* quidem particulam Plutarchi esse certum existimo.

Sed noli credere, *Godofrede Hermanne*, intra hos fines consistere vel librorum istorum corruptelas, vel Schaeferi eas comprobantis iudicium. Is enim quantumvis cum ea, quae adhuc disputavi, tum alia,

quae statim afferam, fidem istorum codicum aut perexiguam aut nullam esse demonstrare possent, nescio qui factum sit, quod fidem iis habendo incautius plurimis aliis quoque locis falsus est. Nec memini ego ullum locum, quo aliquam de istis libris dubitationem significarit, nisi unum, qui est animadv. ad vit. Thes. XXVII. extr., quamquam ibi quoque dubitanter loquitur. Ut autem ex iis, quae allata sunt, exemplis facile poterat intelligi, imprimis perspicuitatis quodam studio ortas esse istas librorum Bodleianorum corruptelas, librariis interpretari conantibus eoque corrumpentibus quodcunque aliquam sive ad sententiam sive ad structuram vel obscuritatem vel difficultatem habere ipsis videretur, ita idem cognoscitur ex aliis locis sat multis, qui Schaeferi fefellere iudicium. Eorum hic aliquot indicandos putavi. Igitur Thes. XVII. quum sermo fuisset de Theseo sequuntur haec verba: *ὁ δὲ Αἰγεὺς ἐπεὶ δεόμενος καὶ καθικετεύων ἀμετάπειστον ἑώρα καὶ ἀμετάτρεπτον ἀπεκλήρωσε τοὺς ἄλλους παῖδας*: pro more suo libri Bodleiani *ἑώρα τὸν Θησέα*, quod quis credat placuisse Schaefero? Sed Schaefero vel illud placuit, quod Aristid. XXII. *Θεμιστοκλέους δὲ πρὸς τὸν δῆμον εἰπόντος, ὡς ἔχει τι βούλευμα καὶ γνώμην ἀπόρρητον, ὠφέλιμον δὲ τῇ πόλει καὶ σωτήριον, ἐκέλευσαν Ἀριστείδην μόνον ἀκοῦσαι καὶ συνδοκιμάσαι. Φράσαντος δὲ τῷ Ἀριστείδῃ, ὡς διανοεῖται κ. τ. λ.*, hic igitur Schaefero placuit quod Vulcobius post *Ἀριστείδῃ* addit *τοῦ Θεμιστοκλέους*, vid. notam, nec Thes. XIX. *αὐτὸς δὲ ναυπηγίᾳ ἐπεβάλλετο, τῇ μὲν ἐν Θυμοιταδῶν αὐτόθι, μακρὰν τῆς ξενικῆς ὁδοῦ, τῇ δὲ διὰ Πιτθέως Τροιζῆνι, βουλόμενος λανθάνειν. Γενομένων δὲ*

ἑτοίμων ἐξέπλευσε Bodleianorum librorum scripturam ἑτοίμων τῶν νηῶν credidit glossatoris esse. Ergo non verendum ne cui incredibile videatur Thes. XXXVI., ubi sermo est de ossibus Thesei ab Cimone Athenas reductis: *κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο καὶ θυσίαις, ὥςπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ*, Schaefero, ut videtur, non displicuisse Bodleianorum additamentum *αὐτὸν τὸν Θησέα*, ut mireris nihil eum dixisse de Thes. XX. *οἱ μὲν γὰρ ἀπάγξασθαί φασιν αὐτὴν ἀπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως, οἱ δὲ εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν κ. τ. λ.* ubi iidem libri post *Νάξον* addunt *τὴν νῆσον*. Sed ibidem XXV. *καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους, ὡς δι᾽ ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διΐ, καὶ δι᾽ αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας· ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι νυκτὸς ἐδρᾶτο* vir doctissimus non intermisit significare, placere ipsi Bodleianorum scripturam *ἀγὼν τεθεὶς*, inutili interpretamento deformem. Ceterum quod hic scriptum est *Ὀλύμπια — Ἴσθμια*, absque articulo, factum est usu creberrimo, quo ludorum festorumque nominibus ab optimis quibusque scriptoribus saepissime non additur articulus, vid. Herodotum IX. 11. *Ὑακίνθια ἄγετε.* VII. 26. *οἱ δέ σφι ἔλεγον, ὡς Ὀλύμπια ἄγοιεν.* VII. 206. *Κάρνεια γάρ σφι ἦν ἐμποδών.* Thucydidem V. 75. *Κάρνεια γὰρ αὐτοῖς ἐτύγχανον ὄντα.* Xenophontem Hellen. IV. 5. 2. *ἐποίησαν δὲ καὶ οἱ Ἀργεῖοι ἀπελθόντος Ἀγησιλάου ἐξαρχῆς πάλιν Ἴσθμια.* Plutarchum Aristid. X. *ἦν γὰρ αὐτοῖς Ὑακίνθια.* Cat. mai. V. *τῶν δὲ Κίμωνος ἵππων, αἷς*

'Ολύμπια τρὶς ἐνίκησε: nec caret is usus idonea quadam ratione, quae qualis sit potest ex nostro, qui eumdem habemus, usu intelligi. Non probem ergo quod Schaeferus Timol. XXVI. *οἱ γὰρ Κορίνθιοι στεφανοῦσι τοὺς Ἴσθμια νικῶντας* Vulcobianam comprobavit scripturam *τοὺς τὰ Ἴσθμια*, item de multis aliis locis dissentio, quibus viro doctissimo partim de coniectura partim ex libris Bodleianis adiici placuit articulum: nam id quoque frequens codicum istorum vitium est, quod prava quadam sedulitate addendo articulo commisere qui istos codices scripserunt; ita in una Thesei vita octies additum in illis libris articulum probavit Schaeferus, quos locos quoniam multum inter se diversi sunt, res ipsa non magni momenti, non possum hic enumerare omnes, sufficiat de uno genere, quod saepius recurrit, dixisse. Etenim mos est scriptoris, ubi hominis cuiusdam mentionem facere ingreditur, nomen eius vel simpliciter, quod plerumque fit, non addito, ut consentaneum est, articulo, vel adiecto ponere vocabulo *ὄνομα*: ita igitur cum Thes. VIII. scriptum esset: *ἦν δὲ τῷ Σίννιδι καλλίστη καὶ μεγίστη θυγάτηρ, ὄνομα Περιγόνη*, ibid. XX. *καὶ τροφὸν μετ' αὐτῆς ὄνομα Κορκύνην*, Poplic. IV. *ἔλαθεν οὖν αὐτοὺς οἰκέτης ὄνομα Οὐινδίκιος ἔνδον καταχρύψας ἑαυτόν*: ter librarii Bodleiani ut aliquid agerent scripserunt *τοὔνομα*, recte, si Schaeferum audis, si me sequeris codicum istorum fidem reiicientem, ne hic quidem Schaeferi iudicium comprobaveris. Nec verius, mihi crede, est quod Romul. XXVIII. *ἄνδρα φασὶ τῶν πατρικίων γένει πρῶτον ἤθει τε δοκιμώτατον αὐτῷ τε Ῥωμύλῳ πιστὸν καὶ συνήθη τῶν ἀπ' Ἄλβης ἐποίκων, Ἰούλιον Πρόκλον* — iidem

habent τοὔνομα Ἰούλιον Πρ., quod non displicuit Schaefero probabileque videbitur non dicam *Tibi, Godofrede Hermanne*, fortasse tamen aliis; hos tamen ut ab ea opinione revocem et incredibilem quamdam novandi libidinem, quae regnat in istis libris, demonstrem, alia quaedam praeter ea, quae adduxi, addenda exempla sunt.

Quod supra significabam, plurimorum, quibus libri isti squalent, vitiorum caussam et originem hanc esse, quod librarii vel obscuritati cuidam, quae nulla est, succurrere vel copiae et elegantiae orationis vellent consulere, eius rei multa et certa exstant exempla. Veluti Romul. IX. quum scriptum in relicuis libris esset Ῥωμύλος μὲν οὖν τὴν καλουμένην Ῥώμην Κυαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον, ἔκτισε καὶ ἐκεῖνον ἐβούλετο πολίζειν τὸν τόπον; Ῥῶμος δὲ χωρίον τι τοῦ Ἀβεντίνου καρτερὸν, ὃ δι' ἐκεῖνον μὲν ὠνομάσθη Ῥεμώνιον, νῦν δὲ Ῥιγνάριον καλεῖται, non placuit haec oratio Bodleianis, eleganterque, si diis placet, emendarunt καρτερὸν ἔκτισεν: quin ne hoc quidem tulerunt, quod ibidem XXVIII. scriptum est ἀπογνῶναι μὲν οὖν παντάπασι τὴν θειότητα τῆς ἀρετῆς ἀνόσιον καὶ ἀγεννές· οὐρανῷ δὲ μιγνύειν γῆν ἀβέλτερον, sed corruperunt scribendo ἀνόσιόν ἐστι. Atque horum quidem nihil Schaefero placuisse consentaneum est, sed Thes. XXVII. λέγεται δὲ καὶ περὶ Χαιρώνειαν ἑτέρας ἀποθανεῖν καὶ ταφῆναι παρὰ τὸ ῥευμάτιον, ὃ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται, quem locum compono cum Romul. XXVI. τὸ δὲ δῆσαι Λατῖνοι πάλαι μὲν λιγᾶρε, νῦν δὲ ἀλλιγᾶρε καλοῦσιν: in illo igitur vitae Thesei loco quum libri Bodleiani scriptum praebeant sic: ὃ πάλαι

μὲν, ὥς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο Θερμώδων, Αἵμων δὲ νῦν καλεῖται, Schaeferus de ea scriptura annotat haec: *Ambigas ab ipso scriptore an a glossatore profecta sit. Omnino caute utendum Bodleianis illis Codicibus, ut quos glossatorum manus videantur haud raro contrectavisse.* Est is unicus ille locus, quo supra dicebam virum doctissimum de horum fide librorum dubitasse, quod vellem et antea fecisset pluribus locis nec postea esset oblitus. Nam quis dubitet, quin Comp. Solon. c. Poplic. I. ἔτι τοίνυν ἃ τοῖς περὶ Μίμνερμον ἀντειπὼν περὶ χρόνου ζωῆς ἐπιπεφώνηκε — εὐδαίμονα τὸν Ποπλικόλαν ποιεῖ Bodleianorum scriptura εὐδαίμονα ἄνδρα ποιεῖ inutile sit librariorum supplementum, merito damnatum relicuorum librorum consensu? Aliter tamen visum Schaefero, cui et hic ista vox non displicuit et Thes. VI. ἐν δὲ τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα τόποις αὖθις ἐξήνθησαν αἱ κακίαι καὶ ἀνεῤῥάγησαν οὐδενὸς πιεζοῦντος οὐδὲ κατείργοντος eorumdem librorum scriptura eodem foedata vitio οὐδενὸς ἀνδρός non improbatur. Eiusdem generis arbitror esse quod Nic. XI. γιγνομένης ὀστρακοφορίας, ἣν εἰώθει διὰ χρόνου τινὸς ὁ δῆμος ποιεῖσθαι, ἕνα τῶν ὑπόπτων, ἢ διὰ δόξαν ἄλλως, ἢ πλοῦτον ἐπιφθόνων τῷ ὀστράκῳ μεθιστὰς εἰς δέκα ἔτη ex Bodl. tertio nunc editur ἐπιφθόνων ἀνδρῶν: nec melius est, quod ex codicibus l. l. Thes. XXXI. ἤδη δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὥς φησιν Ἑλλάνικος, ἔπραξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, οὐ καθ᾽ ὥραν scribi malit Schaeferus καθ᾽ ὥραν ἡλικίας, nec a Plutarcho profectum quod XXXII. Δικαίαρχός φησιν — ἀφ᾽ οὗ μὲν Ἐχεδημίας προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ᾽ οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον ex

eodem fonte ductum restitui vult *τὸν τόπον καὶ τὸν δῆμον.* Miror autem etiam Romul. II. *ἐν δὲ τῷ ποταμῷ πλημμύραντι τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐν ᾧ δὲ ἦσαν οἱ παῖδες, εἰς μαλακὴν ἀποκλινθέντος ὄχθην ἀτρέμα, σωθέντας ἀπροςδοκήτως, ὀνομασθῆναι Ῥώμην* Schaeferum non perspexisse, nihil nisi indocti interpretis commentum se pro genuina vendere Plutarchi scriptura: nam quod in Bodleianis scriptum est: *ὀνομασθῆναι τὸν τόπον Ῥώμην* tanto minus dubitandum est, quin ab interprete profectum sit, quo luculentius quae praecedunt in iisdem libris interpolata sunt in hunc modum: *τῶν ἄλλων σκαφῶν διαφθαρέντων, ἐκείνου δὲ τοῦ σκάφους, ἐν ᾧ ἦσαν οἱ παῖδες.* Satisne vel unum exemplum ostendere *Tibi* videtur, *Hermanne*, incredibilem istorum librariorum novandi libidinem vel potius impudentiam? Patet autem rectissime hunc locum interpretatum esse Anonymum, qui ad *ὀνομασθῆναι*, nam eo eius interpretatio referenda est, ascripserit: *supple τὴν ὄχθην.* Porro vero interpretis est, quod Comp. Solon. c. Poplic. I. *Ποπλικόλας δὲ καὶ ζῶν ἐπρώτευσε δυνάμει καὶ δόξῃ δι' ἀρετὴν Ῥωμαίων καὶ τεθνηκότος ἐν τοῖς ἐπιφανεστάτοις γένεσι καὶ στέμμασιν ἔτι καθ' ἡμᾶς Ποπλικόλαι καὶ Μεσσάλαι — τῆς εὐγενείας τὴν δόξαν ἀναφέρουσι* scriptum in illis libris est *τεθνηκότος αὐτοῦ,* nec dissimile quod Num. IV. *Πινδάρου δὲ καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ ἐραστὴν γενέσθαι τὸν Πᾶνα μυθολογοῦσι* ex Anonymi ductum annotatione assensu suo comprobavit Schaeferus: illo autem in loco quod idem Coraen sequutus item ex Bodleianis scripsit *οἱ Ποπλικόλαι,* eo nequaquam opus erat, immo, ne dicam necessarium, aptis-

simum existimo articuli defectum, qui qua vi absit, facile potest ex nostrae linguae ratione intelligi. Sed multo ineptior quam in illis locis pronominis additio est Thes. XXIII. ἄγουσι δὲ καὶ τὴν ὠσχοφορίων ἑορτὴν Θησέως καταστήσαντος: καταστήσαντος ταύτην libri Bodleiani; nec dubitandum, quin ibidem XX. τὸν γὰρ Θησέα φησὶν ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα καὶ τὴν Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα Schaeferus commendans Bodleianorum scripturam ἔγκυον φέροντα probet quod correctoris est: sed Romul. I. πραχθέντος δὲ τούτου πρῶτον μὲν ἀγανακτεῖν (λέγουσι) τοὺς ἄνδρας, ἔπειτα δι᾽ ἀνάγκην ἱδρυνθέντας περὶ τὸ Παλλάντιον, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ κρεῖττον ἐλπίδος ἔπραττον, ἀγαθῆς τε πειρώμενοι χώρας καὶ δεχομένων αὐτοὺς τῶν προςοίκων, ἄλλην τε τιμὴν ἀπονέμειν τῇ Ῥώμῃ καὶ τὴν πόλιν ἀπ᾽ αὐτῆς, ὡς αἰτίας, προςαγορεύειν, ipsa sententia respuit magis quam requirit Bodl. scripturam μεγάλην τε τιμήν, quam qui annotat se non repudiare Schaeferus, non videtur reputasse, vel propterea necessarium esse ἄλλην, quod quae sequuntur καὶ τὴν πόλιν ἀπ᾽ αὐτῆς — προςαγορεύειν pars sunt τῆς ἄλλης τιμῆς, ut ego quidem si qua fides sit alterius lectionis antiquitus sic fuisse scriptum existimem: ἄλλην τε τιμὴν μεγάλην. Sed Romul. XXVII. εἶτα σιγῇ προςτάττοντος ἠκροῶντο καὶ τῷ πρότεροι τὸ πεπραγμένον ἐκείνου πυθέσθαι τῶν πολλῶν πλέον ἔχοντες ἀπηλλάττοντο ipse intellexit nunc Schaeferus non recte se cum Corae ex libris Bodleianis edidisse προτέρους: ἐκείνου autem, quod Reiskio prior correxit A. Bryanus, comprobat rectissime.

Vidisti adhuc, *Godofrede Hermanne,* libros istos

Bodleianos cum aliis quibusvis modis foede esse interpolatos, tum imprimis peccare inserendis et addendis vocibus aut ineptis aut inutilibus: qua in re saepe maiorem requiri nuperi editoris cautionem ac diligentiam satis mihi multis exemplis videor demonstrasse. Sed iidem etiam omittendo peccarunt haud semel, praesertim in eiusmodi rebus, quae aut captum aut peritiam graecae linguae eorum, qui eos codices scripsere, superarent. Veluti quum Poplicol. VII. scriptum exstaret: *ὁ δὲ Κολλατῖνος ἦν μὲν, ὡς ἔοικεν, ἐν ὑποψίᾳ τινὶ καὶ διὰ συγγένειαν τῶν βασιλέων, ἤχθοντο δὲ αὐτοῦ καὶ τῷ δευτέρῳ τῶν ὀνομάτων ἀφοσιούμενοι τὸν Ταρκύνιον*, is, qui codicem Bodleianum primum scripsit non percepit vim ac potestatem *καὶ* particulae, quae est ante vv. *διὰ συγγένειαν*, omisitque voculam inutilem sibi visam. Nec mirum; si quidem usus particulae, quo hic est posita, multo doctiores fefellit. Nam et Schaeferus ad hunc locum significavit non displicere sibi defectum particulae, quae rectissime posita est ea vi, qua nos dicimus *schon*, ubi sententiae membrum sequitur gravius quam praecedens, quod et ipsum urgetur, et Alcibiad. XXXVIII. *Ἀθηναῖοι δὲ χαλεπῶς μὲν ἔφερον καὶ τῆς ἐλευθερίας ἀποστερηθέντες· ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ἐλευθερίαν ἀφελόμενος ὁ Λύσανδρος ἀνδράσι τριάκοντα παρέδωκε τὴν πόλιν* — consensu editores Reiskii sequuti iudicium *καὶ* particulam, quae est ante *τῆς ἐλευθερίας* deleverunt, de qua correctione qui subdubitat Coraes, ei nunc demum adstipulatur Schaeferus. Recte vero: vid. Aristid. IX. *ἀποπειρώμενος ὁ Θεμιστοκλῆς τοῦ Ἀριστείδου καλὸν μὲν εἶναι καὶ τὸ πεπραγμένον αὐτοῖς ἔργον ἔλεγε, κρεῖττον δὲ λείπε-*

σθαι — ita codices. Lycurg. X. *μέγα μὲν οὖν καὶ τοῦτο ἦν, μεῖζον δέ* — Cleomen. XXXV. *ὁ δὲ καὶ τοῦτο μὲν ἀσμένως ἔλαβεν, ἐκ δὲ μείζονος αἰτίας τὸν βασιλέα παροξῦναι ζητῶν ἔπεισε* — ibid. XXXVI. *ἦν μὲν οὖν καὶ ταῦτα λυπηρὰ τῷ Κλεομένει, μοχθηροτέρας δὲ τὰς περὶ τοῦ μέλλοντος ἐλπίδας ἔσχεν ἐκ τοιαύτης συντυχίας.* Solon. XI. *ἤδη μὲν οὖν καὶ ἀπὸ τούτων ἔνδοξος ἦν ὁ Σόλων καὶ μέγας, ἐθαυμάσθη δὲ καὶ διεβοήθη μᾶλλον κ. τ. λ.*

His disputatis non vereor equidem, ne *Tibi, Godofrede Hermanne*, vel de librorum Bodleianorum pretio falso videar iudicio usus esse, vel de hac parte operae Schaefero in Plutarcho positae sententiam meam *Tibi* significasse et cupidius et arrogantius. Neque tamen satis dictum de libris istis, quos ego quum nullo non modo interpolatos esse animadverterim, ne ibi quidem veram ac genuinam arbitror referre Plutarchi manum, ubi lectiones praebent speciosa quadam elegantia commendabiles. Nam qui fidem aliquam habeas libris, quorum insignem quamdam corruptelam locis innumeris sis expertus? praesertim quum ista vitia non possint aut inertiae aut ignorationi, sed male positae cuidam tribui debeant sedulitati, qua librarii isti, ut supra dicebam, Plutarchi orationi paullo plus vel elegantiae vel perspicuitatis conciliare studerent. Hac etiam in re maiorem requiro Schaeferi cautionem. Veluti quum Thes. III. vulgo scriptum esset *Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλλούμενον χρησμὸν διακελευομένην μηδεμιᾷ γυναικὶ συγγενέσθαι*, placuit Schaefero Bodleianorum scriptura *τὸν θρυλλούμενον ἐκεῖνον χρησμόν*. Ac sane

elegantem esse hanc scripturam non negamus, commendaturque haec ratio dicendi locis cum aliis, tum Lycurg. V. *τὸν διαβόητον ἐκεῖνον χρησμόν.* Aem. Paul. XXVIII. *ἐν δ' Ὀλυμπίᾳ τοῦτο δὴ τὸ πολυθρύλλητον ἐκεῖνο ἀποφθέγξασθαί φασιν.* Neque tamen probarim istam lectionem, cum quod per se fidei est sublestissimae, tum quod id ipsum frequens animadverti esse istorum codicum vitium, quo eiusmodi pronominibus addendis elegantiae et perspicuitati orationis consulerent. Nam non ita dissimile est, quod Romul. XVIII. *τῆς μέντοι Ταρπηΐας ἐνταφείσης ὁ λόφος ὠνομάζετο Ταρπήϊος ἄχρις οὗ Ταρκυνίου βασιλέως τὸν τόπον καθιεροῦντος* — scriptum habent libri iidem *τὸν τόπον ἐκεῖνον,* hic quoque perperam pronomen probante Schaefero. Porro Thes. XXIII. *Τὸ δὲ πλοῖον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἔπλευσε καὶ πάλιν ἐσώθη, τὴν τριακόντορον — διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι*: codices Bodleiani: *Τὸ δὲ πλοῖον ἐκεῖνο — φημὶ δὴ τὴν τριακ.*: hoccine manifestum interpolatoris vestigium? Poplicol. X. extr. *ὥςτε καὶ Ποπλικόλαν ἀνηγόρευσεν αὐτόν· σημαίνει δὲ τοὔνομα δημοκηδῆ*: placuit Schaefero libr. Bodl. scriptura *τοὔνομα τοῦτο*, quae non verior est, quam quae Lycurg. XVII. *τὸ δ' αὐτὸ καὶ καλοὺς δοκεῖ ποιεῖν* ei probatur glossa Vulcobii *τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο.* Similiter Romul. XXV. *οἱ δὲ δυνατοὶ δεδιότες καὶ φθονοῦντες οὐκ ᾤοντο δεῖν περιορᾶν, ἀλλ' ἐνίστασθαι τῇ αὐξήσει καὶ κολούειν τὸν Ῥωμύλον* libri Bodleiani *τῇ αὐξήσει ταύτῃ,* expellendumque quod Solon. IX. *ἄλλοι δέ φασιν οὐ τοῦτον τὸν τρόπον γενέσθαι τὴν κατάληψιν, ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτῷ τὸν ἐν Δελφοῖς θεὸν χρῆσαι*

Ἀρχηγοὺς χώρας θυσίαις ἥρωας ἐνοίκους
ἵλασο —

Schaeferus Coraen sequutus ex codd. Bodl. scripsit *χρῆσαι ταῦτα*, quod noli dubitare, quin interpretis sit, conf. c. X. *οἱ μὲν οὖν πολλοὶ — λέγουσι — ἐπὶ τῆς δίκης ἀναγνῶναι*

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας.

Romul. XX. *οἱ δ' ὥςπερ ἐμπρησμῷ βοηθοῦντες ἐβόων ὕδωρ, καὶ συνέτρεχον πανταχόθεν*: speciem aliquam habet quod est in illis codicibus: *ἐβόων ὕδωρ, ὕδωρ*: recte tamen hic quidem vulgatam retinuit Schaeferus. Simile est, sed multo ineptius quod Solon. XXVIII. *ἐφ' ὅσον ἐξικνεῖτο καὶ δυνατὸς ἦν τῇ φωνῇ φθεγξάμενος ἀνεβόησε τρὶς ὦ Σόλων* iidem libri habent *ὦ Σόλων, Σόλων*. Ac dubitem ego assentiri interpretibus Romul. XVII. *τοῦτο καὶ πρὸς τὴν Ταρπηΐαν τότε παθὼν ὁ Τάτιος* eorumdem codd. scripturam *τοῦτο τοίνυν*, quam voculam Schaeferus etiam Camill. XIX. insertam voluit, probantibus. Sed id alius erit tractationis, nunc addo in emendando Simuli poetae disticho, quod ibidem attulit Plutarchus, vulgo sic scriptum:

Ἡ δ' ἀγχοῦ Ταρπηΐα παρὰ Καπιτώλιον αἶπος
ναίουσα Ῥώμης ἔπλετο τειχολέτις

parum feliciter versatos esse viros doctos, aliis *παρ'*, *παραί*, quod nunc placet Schaefero, corrigentibus aliis. At enim et sententia et metrum facile poterat docere poetam sic scripsisse:

Ἡ δ' ἀγχοῦ ναίουσα παραὶ Καπιτώλιον αἶπος
Ταρπηία Ῥώμης ἔπλετο τειχολέτις.

idque *Te* quoque, *Hermanne*, et Carolum Lachmannum, virum praeclarum, ad Propert. p. 330. intelle-

xisse, Mauritius Hauptius meus me commonuit: sed eius, qui infra legitur, eiusdem poetae versus in editionibus sic scriptus:

Κούρῃ ἐπὶ στυγερῇ κόσμον ἔθεντο φόνου

certa emendatio *Tua* est, haec:

Κούρῃ ἐπὶ στυγερῇ κόσμον ἔθεντο φόνον:

id est, fecerunt ut armillae interitum afferrent.

Redeo ad libros Bodleianos. In quibus quum Solon. XI. *οὐ μέντοι στρατηγὸς ἐπὶ τοῦτον ἀπεδείχθη τὸν πόλεμον, ὡς λέγειν φησὶν Ἕρμιππος Εὐάνθη τὸν Σάμιον. Οὔτε γὰρ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ τοῦτ' εἴρηκεν, ἔν τε τοῖς τῶν Δελφῶν ὑπομνήμασιν Ἀλκμαίων, οὐ Σόλων, Ἀθηναίων στρατηγὸς ἀναγέγραπται* scriptum esset *ἀλλ' οὐ Σόλων*, Schaefero satis commoda ea scriptura visa est, quae nemo iam dubitabit, quin inutilis vel potius futilis sit interpretis correctio. Paullo speciosior est eorumdem librorum scriptura Thes. I. *Τὰ δ' ἐπέκεινα τερατώδη καὶ τραγικά, ποιηταὶ καὶ μυθογράφοι νέμονται, καὶ οὐκέτ' ἔχει πίστιν οὐδὲ σαφήνειαν* haec: *τερατώδη καὶ τραγικὰ ὄντα*. Sed veram esse non concesserim Schaefero, qui eam recipi debuisse contendit. Nam mihi quidem consulto breviore ista oratione usus esse Plutarchus videtur, quo festive imitaretur orationem qualis esse solet in geographorum notationibus, risitque eam etiam in praegressis: *τὰ δ' ἐπέκεινα, θῖνες ἄνυδροι καὶ θηριώδεις, ἢ, πηλὸς ἀϊδνής, ἢ, Σκυθικὸν κρύος, ἢ, πέλαγος πεπηγός*. Sed Thes. XXXII. *Ἐνταῦθα φασὶ καὶ Ἄλυκον πεσεῖν τὸν Σκίρωνος υἱὸν —, ἀφ' οὗ καὶ τόπον τῆς Μεγαρικῆς Ἄλυκον καλεῖσθαι τοῦ σώματος ἐνταφέντος* — nulli obnoxium est dubitationi, perperam Bryanum probasse, Coraen

et Schaeferum recepisse Bodleianorum scripturam *τοῦ σώματος ἐκεῖ ταφέντος*: sane Romul. XVIII. scriptum exstat *τῆς μέντοι Ταρπηΐας ἐκεῖ ταφείσης ὁ λόφος ὠνομάζετο Ταρπήϊος*, sed optione data utrum pro interpretamento habendum sit dubitari nequit, praesertim satis confutata iam istorum librorum fide. Conf. Coriolan. VI. *ἐκπεπτωκέναι δὲ τῆς πόλεως ὑπὸ τῶν πλουσίων πάλαι βοῶντες, ἀέρα δὲ καὶ ὕδωρ καὶ τόπον ἐνταφῆναι πανταχοῦ τὴν Ἰταλίαν αὐτοῖς παρέξειν.* Arrianus Exped. Alex. VII. 1. extr. *κατ᾽ ὀλίγον ὕστερον ἀποθανὼν τοσοῦτον καθέξεις τῆς γῆς ὅσον ἐξαρκεῖ ἐντεθάφθαι τῷ σώματι.*

Sed satis dictum de Bodleianorum codicum sordibus.

Sequitur ut dicam de lectionibus Vulcobii: nam in iis quoque diiudicandis Schaeferus saepe mihi non videtur recto iudicio usus esse. Constat autem hanc scripturae farraginem adiunctis Anonymi, qui dicitur, lectionibus additam esse editionibus graeco-latinis quae Francofurti prodierunt annis MDIC., MDCXX. et XXIV., illud plerisque non constat, quibusnam ex fontibus ductae sint. Quae I. I. Reiskius de lectionibus Vulcobianis dixit Praefat. p. XXXII. seqq. partim vera, partim falsa sunt; sed quod inter alia haec ait, *Iacobus Vulcobius, vel Du Vulcob, qui fuerit, haud teneo*, in eo agnosco levitatem quamdam viri praestantissimi. Quid enim? vel ex ipsa Claudii Marnii et Ioannis Aubrii, editorum Francofurtensium, ad Ioannem Vulcobium praefatione certiora et de homine et de lectionibus eius nomine insignibus poterat cognoscere. Nimirum scripta ibi haec sunt: *Amplissimo viro, Dn. Ioanni Vulcobio in Sacro Consistorio Re-*

gis Christianissimi Consiliario et apud Caesarem Exlegato S. D. Plutarchum tibi tuum inscribimus, Vir Amplissime, tuum tibi reddimus. Quidquid enim est nostra in editione praecipuum, tuum id est. Codices tu nobis ad veteres manuscriptos diligentissime comparatos ultro obtulisti tuos; impetrasti alienos: nempe a Cl. viro Lodoico Servino fisci regii in senatu advocato, viro et literis et Reipublicae a deo dato: ab Stephano Turnebo senatore: ab Ioanne Pelerino, Professore regio: quorum magni merito Turnebi ille nomen, filius, hic cathedram, professionis successor, possident.

Multo aliud quam Reiskii istam farraginem prorsus contemnentis ac reiicientis Danielis Wyttenbachii de his lectionibus iudicium est in Praef. ad Moral. p. 115. sqq. ed. Oxon. Is enim tantum abest, ut contemnendum putet hunc variarum lectionum indicem, aut abiiciendum tamquam farraginem quisquiliarum, ut liquido dicat apparere, eas ex veteribus codicibus sumptas esse. Neutri ego plane assenserim. Nam ut Reiskio concedendum est, multas eius farraginis lectiones longe esse ineptissimas, multas, quae nihil nisi interpretationes vulgatae scripturae vel correctiones aut falsas aut inutiles contineant, ita Wyttenbachii iudicium verum sic est, permultas ex istis lectionibus sic esse comparatas, ut vel verae vel certe ex codicibus ductae esse existimandae sint. Et huius quidem rei disertum testimonium ex ipsa editorum praefatione supra posuimus: contra quod testimonium ne cui mirum videatur, quod in illa farragine futilem quamdam interpretationum et correctionum mixturam cum lectionibus e libris petitis contendo inesse, meminerit, partim id ex

confusione cum lectionibus Anonymi, de quibus quaerere nunc non possumus, partim vero ex consuetudine istorum temporum explicandum esse, quibus idem pretium, eadem auctoritas coniecturarum erat et codicum lectionum.

Haec universe dicta sunto de re, quam spero fore, ut alio tempore accuratius explicare possim praesidiis quibusdam ad eam rem necessariis Parisiis ad me allatis. Tum dicetur etiam de lectionibus Anonymi, qui vocatur. Iam vero alia oritur quaestio haec, quo pacto quis his lectionibus uti debeat. Concedis, *Hermanne*, esse eam ut difficiliorem, ita momenti haud exigui, nisi quis incautius in ea re versari voluerit. Ego quidem sic sentio, singulas discrepantias accurate examinandas ponderandasque esse et cum vulgata scriptura conferendas; cui quum praestat lectio Vulcobiana vel propter sententiam vel propter usum vel aliam idoneam ob rationem, tum vero non reprehenderim ego eos editores, qui prae altera ista scriptura vulgatam derelinquunt; ubi vero sic comparata est vulgata loci scriptura, ut bonitate aequet Vulcobianam, ibi non arbitror quicquam esse novandum, quum eae quidem, quas per editiones Aldinam Iuntinamque propagatas habemus lectiones certo, ut videntur, nitantur codicum manu scriptorum auctoritate, singularum vero Vulcobii lectionum fides sit incertissima. Ne quis autem eo se decipi pateretur, quod ad unam eamdemque lectionem commendandam saepissime aliorum commemoratur codicum concordans cum scripturis Vulcobianis testimonium, verissimum Reiskii de ea re iudicium hic afferendum putavi. Reiskius igitur Praefat. p. XXXV. *relatae quoque*, inquit, *a Vulcobio fuerant lectiones e codicibus Parisinis, quibus ante*

eum usi fuerant Amiotus et Stephanus; item coniecturae Aurati. Quo factum est ut multorum codicum auctoritatibus ludamur et turba testium velut opprimamur, quae ad lucem spectata non sit nisi una simplex auctoritas. Citantur ad eamdem lectionem confirmandam una et A. et H. Stephani codices et Vulcob. et SGerman. Nos stupentes nubem testium, nescimus, mimum ludi, testem eumdem modo sub larva A. modo sub larva St. modo sub Vulc. modo sub SGerm. prodire. Eiusmodi turbelas et perplexitates et hic et alias concivit nobis maiorum indiligentia in demonstrandis sedibus earum lectionum, quas undecunque referrent. Cum trepidus, cum rudis ad res accedis tractandas, quarum de rationibus nondum tibi satis neque usu tuo, neque ex aliena doctrina constet, fieri non potest, quin multa praetervideas, de multis ne suspiceris quidem, quorum te crebrior atque diuturnior usus tandem certiorem faciat. Idem mihi in Plutarcho Vulcobiano evenit, quo in posterum utar cautius.

Sed *Tuo* iure, *Hermanne*, videaris a me requirere posse, ut comprobem quae supra dixi de vera quorumdam locorum scriptura a nupero editore lectionibus Vulcobianis postposita. Id ego hic quoque sic instituam, ut prius unum alterumve locum afferam, quo quod index praebet Vulcobianus tam aperte interpretis est, ut ne Schaeferus quidem de ea re dubitaverit. Igitur Poplicol. IV. ὡς δὲ ταῦτα πράξαντες ἀπηλλάγησαν quis est, qui ἀπῄεσαν scripturam Vulcobianam pro varia lectione potius quam explicatione habeat interpretis? sed multo apertius hoc est, quod Pompei. LXVII. ἄνθρωποι, βοῶν, οὐδὲ τῆτες ἔσται

τῶν ἐν Τουσκλάνῳ σύκων μεταλαβεῖν pro *τῆτες* ista in farragine scriptum est *τούτῳ τῷ ἔτει*, et quod Timol. XIX. *παρὰ τὴν ἀκρόπολιν χρώμενος ῥοθίῳ μετὰ κρότου καὶ γέλωτος* habet *μετὰ συντόνῳ τῇ εἰρεσίᾳ*. Neque alius generis videtur esse quod Alex. XVI. *διὰ ῥεύματος παραφέροντος* scriptum habet *παραῤῥέοντος*, aut ibidem XL. *οὐδ' ὁρῶσι τοῖς Περσῶν βίοις τοὺς ἑαυτῶν παραβάλλοντες, ὅτι δουλικώτατον μέν ἐστι τὸ τρυφᾷν* praebet *ὅτι τοῖς Πέρσαις*. Alia exempla quum ex quavis vita peti possint afferre supervacaneum existimavi, hoc unum liceat adiicere, non paucas Vulcobii lectiones sic esse comparatas, ut correctorem prodant doctiorem quidem, nec tamen Plutarcheae dictionis satis gnarum, quo refero quod Caton. mai. XII. *εὐπρεπῆ δὲ πολέμου ποιησάμενος αἰτίαν, τοὺς Ἕλληνας ἐλευθεροῦν, μηδὲν δεομένους — διέβη μετὰ δυνάμεως* Vulcobii annotatur scriptura *οὐδὲν δεομένους*, quomodo non dubium est quin scripturus fuisset melioris scriptor graecitatis, sed Plutarchum *μηδὲν* scripsisse nemo dubitabit mecum contendere qui usum eius cognitum habet. Contra Timoleont. XXVII. *ὡς δ' ἐκείνους εἶδεν ὑπὸ τῶν ἁρμάτων πρὸ τῆς τάξεως διαθεόντων εἰς χεῖρας ἐλθεῖν τοῖς Καρχηδονίοις οὐ δυναμένους* nulla idonea caussa erat cur reciperetur a Corae Schaeferoque eiusdem Vulcobii scriptura *μὴ δυναμένους*. De utraque lectione mirum Schaeferi est iudicium sic scribentis: *Vulg. οὐ. Quod unice probandum esset in classico scriptore. Plutarchum participiis alteram negativam addere solere per catachresin obiter in Demosthenicis monere memini.* Sed quis dubitet, quin optimus quisque ex graecis scriptoribus in tali loco utraque negatione

uti potuerit? non ut idem significet utrumque, sed differat sic, ut *εἶδεν — οὐ δυναμένους* sit: er sah — dass sie nicht *konnten*, *εἶδεν — μὴ δυν.* vero significet: er sah — dass sie nicht *könnten*. Quod sponte apparet, diverso modo cogitatum esse.

Iam quum illud dubium non sit, farraginem Vulcobianum mixtas continere codicum lectiones cum virorum doctorum et explicationibus et coniecturis, cauti interpretis esse arbitror in utrisque discernendis ita versari, ut non temere reiiciatur vulgata scriptura praeferaturque quod ipsa facilitate sua arguitur interpretis esse. Eam cautionem ego quidem saepe desideravi in Schaefero: ita, ut his utar, Aristid. XXIV. quum scriptum vulgo esset hoc modo: *προσέταξαν αὐτῷ χώραν τε καὶ προσόδους ἐπισκεψάμενον ὁρίσαι τὸ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ καὶ δύναμιν*, in Vulcobianis autem haec exstaret scriptura: *ἐπισκεψαμένῳ*, quis non miretur, placuisse viro doctissimo apertam istam interpretis indoctioris correctionem? idem dictum volo de Aristid. XXI. ubi vulgatae scripturae *ἔξεστι* Schaeferus praefert Vulcobianam *θέμις ἐστί*: de aliis locis dixi in editione eius vitae ad c. XVIII. XX. et XXVII. Sed quem supra posui locum Aristid. XXII. eo nunc denuo utar sic, ut cum aliis quibusdam componam. Ibi igitur scripta haec sunt: *Θεμιστοκλέους δὲ πρὸς τὸν δῆμον εἰπόντος, ὡς ἔχει τι βούλευμα καὶ γνώμην ἀπόῤῥητον, ὠφέλιμον δὲ τῇ πόλει καὶ σωτήριον, ἐκέλευσαν Ἀριστείδην μόνον ἀκοῦσαι καὶ συνδοκιμάσαι. Φράσαντος δὲ τῷ Ἀριστείδῃ, ὡς διανοεῖται κ. τ. λ. τῷ Ἀριστείδῃ τοῦ Θεμιστοκλέους* probante Schaefero Vulcobius. Sed Schaeferus si paullo minus festinasset scire poterat, nihil crebrius esse eius-

modi inutilibus supplementis, vid. Caton. mai. XXIV. *καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ὡς εἰκὸς, ὁ λόγος ἐξέπληξε τὸν ἄνθρωπον πόῤῥω μὲν γάμου τὸν Κάτωνα, πόῤῥω δ' αὐτὸν οἰκίας ὑπατικῆς — τιθέμενον· σπουδῇ δὲ χρώμενον ὁρῶν ἀσμένως ἐδέξατο*: Volcobius: *ὁρῶν τὸν Κάτωνα*, hic quidem tacente Schaefero; item recte tacuit Comp. Aristid. c. Cat. I. *γεγραμμένων δὲ καὶ περὶ τούτων τῶν ἀξίων μνήμης ὅλος ὁ τούτου βίος ὅλῳ τῷ θατέρου παρατεθείς* — ubi *ὅλῳ βίῳ* idem habet Vulcobius.

Nec probem ego quod Solon. XIII. *Αἱ δ' Ἀθῆναι τῆς Κυλωνείου πεπαυμένης ταραχῆς καὶ μεθεστώτων, ὥςπερ εἴρηται, τῶν ἐναγῶν τὴν παλαιὰν αὖθις στάσιν ὑπὲρ τῆς πολιτείας ἐστασίαζον, ὅσας ἡ χώρα διαφορὰς εἶχεν, εἰς τοσαῦτα μέρη τῆς πόλεως διαστάσης* Schaefero placuit Vulcobii scriptura *οἱ δ' Ἀθηναῖοι*, hic quoque, ut arbitror, non ex codicibus ducta, sed ab interprete profecta, cui insolentior videretur librorum scriptura. Nec perspicio quam vim habeat quod Schaeferus istud Vulcobii commendaturus addit: *nam mox sequitur* *τῆς πόλεως διαστάσης*, quae verba patet opposita esse praegressis: *ὅσα ἡ χώρα κ. τ. λ.* Sed de loco Lycurgi qui est c. XXI. dicendum explicatius, ut opinionem quamdam meam, quae nonnihil discrepat ab relicuorum iudicio interpretum, *Tibi, Hermanne*, significem. Scripta ibi haec sunt: *καὶ γὰρ ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο ταῖς Μούσαις ὁ βασιλεὺς ἀναμιμνήσκων, ὡς ἔοικε, τῆς παιδείας καὶ τῶν κρίσεων, ἵνα ὦσι πρόχειροι παρὰ τὰ δεινὰ καὶ λόγου ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις τῶν μαχομένων*, quorum quum Hermannus Cruserius hanc posuerit interpretationem: etenim ante pu-

gnam rex Musis sacrificabat, admonens, ut reor, disciplinae eorum et iudiciorum, ut in periculis offerrent se et successum ad res memorabiles edendas darent pugnantibus: nihil videtur de perversa loci sententia suspicatus esse. Non ita Reiskius, cuius ipsa ponam verba: fort. *ἀναμιμνήσκει εὐχόμενος, ὡς ἔοικε* — supplicans Musis, ut iuventuti Spartanae in memoriam revocare velint disciplinam, qua pueri fuerint imbuti, *καὶ τῶν ῥήσεων* (nam ita leg. videtur, non *κρίσεων*) et gnomas poetarum, quo ad manum et in promptu ipsis sint artes illae pueriles et illae gnomae tenellis eorum animis olim instillatae: huc enim redeunt illa *ὦσι πρόχειροι* et *παρέχωσι*, non ad Musas. Sic ille, qui etsi alio modo falsus est, recte tamen intellexit illud, non posse haec de Musarum ope intelligi, idque suus quemque sensus doceat necesse est. Schaeferus nihil de hoc loco addidit, nisi quod sibi placere significavit Vulcobii lectionem *ποιήσεως* pro *παιδείας*, alteram Reiskii correctionem *ῥήσεων* cum Corae recepit, quod minus miror, magis hoc, quod verissimam librorum scripturam *παιδείας* posthabuit interpretis commento *ποιήσεως*. Nam quomodocunque statuitur de hoc loco, scripturae *παιδείας* tam aptum paratumque ex praegressis est praesidium, ut sane mirer Schaeferum vel tantillum de ea dubitare potuisse. Manifestum est enim, dictam eam vocem esse de puerorum iuvenumque educandi ratione ea, qua mature carminibus cantilenisque imbuerentur, id quod ineunte capite significavit vv. *ἡ δὲ περὶ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη παίδευσις οὐχ ἧττον ἐσπουδάζετο κ. τ. λ.* *Ῥήσεων* Reiskii fateor eleganter coniectum esse: necessitatem mutationis nec Leopoldus concessit neque ego agnosco.

Non defendam equidem vulgatam scripturam ea ratione, qua ille instituit, ut iudicia intelligerentur, quibus militia digni habiti essent, sed videor tamen tali aliquo modo tueri posse, ut iudicia intelligam ea, quae bello finito domi instituerentur de fortitudine aut ignavia, fortium virorum ut laudarentur facta praeclara, ignavi ut probris afficerentur. Quae sententia aliquid commendationis habere videtur ex praegressis *ἔπαινοι γὰρ ἦσαν κ. τ. λ.* Accedo ad totam sententiam, quam qui hanc esse voluerunt, regem Musas admonuisse iisque in mentem revocasse disciplinam Spartanorum, mihi non videntur reputasse, nec bonam eam neque aptam esse sententiam minusque congruam verbis, quae praecedunt, poetae Laconici, ne illud dicam, parum convenire videri Musarum officio, pugnantibus praesto esse ad ferendam opem. Nonne *Tibi* haec aptior videtur sententia, ***Hermanne***, regem Musis ante pugnam sacra fecisse, ut militibus disciplinam, quam cives domi obtinerent, in mentem revocaret, qua fortes celebrarentur, ignavi vituperarentur, ut prompti essent paratique ad pericula subeunda factaque ederent laudibus digna poetarum? *τῶν μαχομένων* igitur mutandum arbitror in *οἱ μαχόμενοι,* in quam diu est, ex quo ipsa sententia ductus incidi coniecturam, nuper vidi, eam graviter confirmari alius loci testimonio. Nimirum in Institut. Lacon. p. 238. B. scriptum sic exstat: *ἐν ταῖς μάχαις προεθύετο ὁ βασιλεὺς ταῖς μούσαις, ἵνα λόγου ἀξίας παρέχωσι τὰς πράξεις οἱ μαχόμενοι καὶ μνήμης εὐκλεοῦς:* iam vero quum illud nescio cuius scriptum ex vita Lycurgi ita sit excerptum, ut plerisque in locis ne verba quidem, nedum sententia sit mutata, consequitur hunc quoque locum cum altero

in concordiam esse reducendum. Id igitur nostra praestabit emendatio: ne tamen quicquam celasse dicar, addo alium locum qui correctioni isti videri potest adversari, etsi ad speciem magis quam revera. Est is Apophth. p. 221. A. Eudamidas *ἐρωτηθεὶς τίνος ἕνεκα πρὸ τοῦ κινδύνου ταῖς μούσαις σφαγιάζουσιν, ὅπως, ἔφη, αἱ πράξεις λόγων ἀγαθῶν τυγχάνωσιν*, cl. de cohibend. ira p. 458. E. *Λακεδαιμόνιοι — μούσαις πρὸ πολέμου θύουσιν, ὅπως ὁ λόγος ἐμμένῃ.*

Finio hanc de lectionibus Vulcobianis disputationem (neque enim vacat nunc plura congerere) mirae cuiusdam confusionis notatione praepositionum *πρὸς* et *κατὰ*, non uno et altero, sed cum alibi saepe, tum undecim locis vitae Sertorii conspicuae. Quorum locorum quum quidam ita sint comparati, ut sane *κατὰ* praepositionem admittant, in plerisque tamen tam inepte ac perverse substituitur alteri, ut scire velim, quid tandem fuerit, propter quod tam exosam fuisse alteram istam praepositionem ei, qui illas condidit scripturas, probabiliter statuere possimus. Sunt autem hi loci: c. I. *Ἀννίβου δὲ ἡμερώτερον πρὸς πολεμίους* — Vulc. *κατὰ πολεμίους.* V. *ἀποκτεῖναί τινα πρὸς ὀργήν* Vulc. *κατ᾽ ὀργήν.* VII. *Κιλισσῶν δὲ ληστρίδων αὐτῷ προςγενομένων* Vulc. *καταγενομένων.* IX. *τοῖς πρὸς τὸν Ἀσκάλιον διαπολεμοῦσιν ἔγνω βοηθεῖν* Vulc. *κατὰ τὸν Ἀσκ.* X. *ἐκστῆσαι πρὸς τοὐναντίον* Vulc. *κατ᾽ ἐναντίον.* XI. *τῶν πλείστων ἑκουσίως προςτιθεμένων* Vulc. *κατατιθεμένων.* XII. *προςπολεμῶν ἀνδρὶ τολμητῇ* Vulc. *καταπολεμῶν.* XII. *αὐτῷ — πάντων ὁμοῦ τι προςτιθεμένων* Vulc. *κατατιθεμένων.* XIX. *πρὸς δ᾽ ἐκεῖνο τὸ νικώμενον αὐτὸς ἐβοηδρόμει* Vulc. *κατὰ* — XXII. *ταπεινὸν μὲν*

οὐδὲν ἔπραττε πρὸς τοὺς πολεμίους Vulc. *κατὰ τ. π.* XXV. *ποιεῖν τὸ προςταττόμενον* Vulc. *καταταττόμενον.* Add. ex vita Philopoem. III. bis. IV. VI. VII. X. XIV. bis. Flamin. IV. V. XIII. bis. Comp. Flam. c. Philop. II.

In librorum scriptura accurate examinanda me maiorem desiderare Schaeferi diligentiam quum satis mihi videar *Tibi* significasse, *Hermanne,* requiris fortasse, ut, si possim, demonstrem, verum esse quod supra dicebam, eumdem maiore, quam par erat, licentia versatum esse in admittendis Corais correctionibus, interdum etiam in recipiendis suis. Sed illud quidem ut faciam necessarium non videtur, quoniam id ex ipsius annotationibus Schaeferi satis potest intelligi, bonam istarum coniecturarum partem quum paullo plus otii nactus esset retractantis. De ipsius autem Schaeferi correctionibus ita dicere, ut pertractem omnes, et loci huius rationes et aliae caussae multae ac graves impediunt: singularum autem quarumdam, quae verae mihi non videantur, notatio neque aequa mihi videtur nec honesta. Neque enim exstitit ad hoc tempus criticus, qui in coniiciendo erroris immunis haberi aut vellet aut posset: Schaeferi autem quum in ea quoque critices parte summa sint de graecis literis merita, hominis inepti esset et impudentis ex locis nonnullis undique corrasis, qui aut falso aut parum essent feliciter correcti, laudi eius vel minimum velle detrahere. Immo aequum videtur esse, ut de quibus Schaefero assentiri non possimus, ea compensemus multo maiore numero eorum, quae vel feliciter divinavit vir sagacissimus, vel interpretatus est relicuis editoribus rectius, bene memores, fieri posse, ut quae nobis non

recte gessisse videatur, ea nos sic intueamur, ut ipsi simus erroribus obnoxii. Quapropter ut omitto plenum quemdam recensum eorum, in quibus infelicius versatum existimem Schaeferum, tamquam iniquum et inhonestum, ita non possum non data mihi hac *Tecum, Hermanne*, colloquendi opportunitate multarum eius quasi fontes coniecturarum adire, ut *Tuo* de ea re iudicio edocear. Etenim sunt quaedam ad res grammaticas spectantia, de quibus Schaeferum in annotationibus ad Plutarchum aliter videas sentire quam plerosque viros doctos, sic quidem, ut iudicia illa eius mihi non videantur probabilia esse, utpote nec rationis legibus stabilita, neque usu scriptoris comprobata. Pertinet huc de qua ad c. XXXII. dicere pollicitus sum omissio verbi substantivi; quam omissionem omnes concedunt usu creberrimam esse ubi copulae vicem habeat verbum substantivum, eamque consentaneum est, non solius praesentis, sed omnium esse temporum, ubi ita comparata est oratio, ut omissio nec obscuri quicquam habeat nec ambigui. Sed aliter sensit Schaeferus, locos permultos, quorum ea, quam dixi, ratio est, de suo corrigere nihil dubitans, in plerisque, ut ego arbitror, invitatus palaeographica mutationis facilitate, quae multarum ei coniecturarum ansam videtur dedisse.

Igitur Lysandr. XXVIII. quum scriptum in libris esset: *ἔνθα μυθολογοῦσι τὰς τιθήνας νήπιον ἐκ τῆς λοχείας ἀπολοῦσαι τὸν Διόνυσον· καὶ γὰρ οἰνωπὸν ἐπιστίλβει τὸ χρῶμα καὶ διαυγὲς καὶ πιεῖν ἥδιστον,* non placuit haec oratio Schaefero corrigendumque suspicatus est *ἥδιστόν ἐστιν,* immemor vel illius Homerici: *εἴπου ἔτι ζώει καὶ ὁρᾷ φάος ἠελίοιο, ἢ ἤδη τέθνηκε καὶ εἰν Ἀΐδαο δόμοισιν,* Odysseae libro IV.

v. 834. aliorumque quae Godofredus Bernhardius attulit gr. gr. p. 330. sq. Non minus recte se habet locus Caton. min. XXXIV. *ἐξιόντι δ' οὐ ναῦν, οὐ στρατιώτην, οὐχ ὑπηρέτην ἔδωκε πλὴν ἢ δύο γραμματεῖς μόνον, ὧν ὁ μὲν κλέπτης καὶ παμπόνηρος, ἅτερος δὲ Κλωδίου πελάτης*, ubi nulla idonea de caussa *ἦν*, quod prior desideraverat Coraes, ante *κλέπτης* inseruit Schaeferus; item Othon. VI. *ἦσαν δὲ καὶ τἄλλα τῶν Οὐιτελλίου στρατηγῶν οἱ Ὄθωνος ἐντυχεῖν ἀλυπότεροι καὶ πόλεσι καὶ ἰδιώταις· ἐκείνων δὲ Καικίνας μὲν οὔτε φωνὴν οὔτε σχῆμα δημοτικὸς, ἀλλ' ἐπαχθὴς καὶ ἀλλόκοτος* Schaeferus cum alia mutata voluit, de quibus non assentior, tum *ἦν* post *φωνήν* addere maluit quam verborum distinctionem corrigere sic ut ego feci. Comp. Ages. c. Pomp. II. *εἰ δὲ καὶ τύχην τινὰ τῶν ἀνδρῶν ἑκατέρου τοῖς σφάλμασι προσοιστέον, ἀνέλπιστος μὲν ἡ Πομπηΐου Ῥωμαίοις, Ἀγησίλαος δὲ Λακεδαιμονίους ἀκούοντας καὶ προειδότας οὐκ εἴασε φυλάξασθαι τὴν χωλὴν βασιλείαν*: in priore membro facile supplemus *ἦν*, tota id aperte monstrante sententia; Schaeferus tamen propter sequens *εἴασε* id ipsum non dubitavit in orationem scriptoris recipere scribendo *ἀνέλπιστος μὲν ἦν ἡ Πομπ.* At enim *frequentissima est ellipsis verbi substantivi; etiam, quod fortasse insolens videatur, ibi, ubi εἰμί supplendum alii verbo respondet:* verba eiusdem sunt Schaeferi in ann. ad Gregor. Cor. p. 152. sq., ubi cum alia affert, tum Platon. Phaedr. p. 269. Heind. *ὅσοι δὲ Ἄρεός τε θεραπευταὶ καὶ μετ' ἐκείνου περιεπόλουν*, et Plut. Alexandr. XXX. *εἰ μὴ καὶ σὺ μετὰ τῆς Περσῶν — τύχης μακεδονίζεις, ἀλλ' ἔτι σοι δεσπότης ἐγὼ Δα-*

ρεῖος. Adde Alcibiad. XXIII. *Ἀλκιβιάδῃ δὲ διὰ χρηστῶν ἰόντι καὶ πονηρῶν ὁμοίως οὐδὲν ἦν ἀμίμητον οὐδ᾽ ἀνεπιτήδευτον, ἀλλ᾽ ἐν Σπάρτῃ γυμναστικὸς, εὐτελὴς, σκυθρωπὸς, ἐν Ἰωνίᾳ χλιδανὸς, ἐπιτερπὴς, ῥᾴθυμος, ἐν Θρᾴκῃ μεθυστικὸς κ. τ. λ.* ubi item Schaeferus malit *ἐν Σπάρτῃ ἦν*: sed cum hoc loco utiliter conferas Moral. p. 343. A. *τὴν δὲ Ἀλεξάνδρου φύσιν — ἆρα οὐκ ἂν εἴποιμεν ἔχειν φρόνημα μὲν τὸ Κύρου, σωφροσύνην δὲ τὴν Φιλίππου —; τῶν δὲ ἔτι παλαιοτέρων σωφρονέστερος μὲν Ἀγαμέμνονος —, μεγαλοψυχότερος δὲ Ἀχιλλέως —, εὐσεβέστερος δὲ Διομήδους —, ποθεινότερος δὲ τοῖς προσήκουσιν Ὀδυσσέως.* Semel *ἦν* omissum ipse agnovit Schaeferus Brut. XXIX. in vv. *ὅτι πρᾶος ὁ ἀνὴρ διαφερόντως καὶ μεγαλόφρων*, nec dubitandum, quin Poplicol. I. *ὥςτ᾽ εἰ σοφώτατος ἁπάντων ὁ Σόλων, εὐδαιμονέστατος ὁ Ποπλικόλας* quod ex Bodl. 1. 2. editum est *ἦν ὁ Ποπλ.* snpplementum sit librariorum. Sed Lysandr. XXIX. *ἠγανάκτουν καὶ τῷ βασιλεῖ προσιόντες ἐμαρτύραντο μὴ διὰ σπονδῶν ἀναιρεῖσθαι Λύσανδρον, ἀλλὰ δι᾽ ὅπλων περὶ τοῦ σώματος ἀγωνισαμένους καὶ νικήσαντας οὕτω τὸν ἄνδρα θάπτειν, ἡττημένοις δὲ καλὸν ἐνταῦθα κεῖσθαι μετὰ τοῦ στρατηγοῦ* Schaeferi istam coniecturam *καλὸν εἶναι* refellimus loco Caton. min. XLVIII. *ἀμελεῖν ἐκέλευσε τῶν γεγονότων καὶ προσέχειν τοῖς μέλλουσιν· οὔτε γὰρ ὅπου στήσεται τὸ τὰ προημαρτημένα ζητεῖν ὁρίσαι ῥᾴδιον, ἐάν τε νεώτερα γράφηται τῶν ἀδικημάτων ἐπιτίμια, δεινὰ πείσεσθαι τοὺς — κολαζομένους*, iisque quae in eum locum commentatus est vir doctissimus: *Excidisse suspiceris* εἶναι, *quod respondeat sequenti* πείσε-

σθαι. *Sed infinitivus verbi substantivi haud raro sic omittitur. Infra p.* 308. 26. κρεῖττον γὰρ — ἀποθανεῖν ἢ σώζεσθαι — *h. e.* κρεῖττον γὰρ εἶναι — *Item p.* 361. 22. δεινὸν γὰρ εἰ *h. e.* δεινὸν γὰρ εἶναι, εἰ —. *V. Apparat. ad Demosth. T. V. p.* 417. Add. Anton. LXXV. τοὺς οἰκέτας ἐκέλευεν ἐπεγχεῖν καὶ προθυμότερον εὐωχεῖν αὐτόν· ἄδηλον γάρ, εἰ τοῦτο ποιήσουσιν αὔριον.

Admodum frequens est ellipsis participii eiusdem verbi substantivi cum in structura, quam dicunt absolutam, tum ubi praecessit verbum, cuius propria est cum participio constructio. In utroque ellipseos genere magna cernitur Schaeferi fluctuatio, interdum agnoscentis defectum participii et comprobantis, plerumque tamen non ferentis et corrigentis, hic quoque invitante illa, cui nimis indulsit, palaeographica mutationis facilitate. Dicam prius de altero genere. Quem supra attuli vitae Lysandri locum XXIX. ut a Schaeferi correctione defenderem, eum suscipiunt haec verba: ταῦτα τῶν πρεσβυτέρων λεγόντων ὁρῶν ὁ Παυσανίας μέγα μὲν ἔργον ὑπερβαλέσθαι μάχῃ τοὺς Θηβαίους ἄρτι κεκρατηκότας, ἐγγὺς δὲ τῶν τειχῶν τὸ σῶμα τοῦ Λυσάνδρου παραπεπτωκός: ἔργον ὂν fortasse scribendum esse verbo significavit Schaeferus. Sed eiusmodi ellipsin tolerabilem esse praeter ea, quae ab Wunderlico in Observatt. ad Aeschyl. p. 95. et interpr. ad Soph. Antigon. v. 467. allata sunt docent alia non pauca exempla, velut Diodor. Sic. XIII. 52. οὐ γὰρ ἀγνοοῦμεν τὸν πόλεμον ἀμφοτέροις μὲν βλαβερόν, πολὺ δὲ μᾶλλον ὑμῖν. Lycurg. or. in Leocrat. §. 35. ἐγὼ δέ, ὦ ἄνδρες, οὐκ ἠγνόουν τοῦτο το

ἀδίκημα ἄξιον τῆς μεγίστης τιμωρίας, quod contra I. Bekkerum recte tuetur Blumius p. 138. Plutarchus T. II. p. 106. C. *ὁ παραμυθούμενος τὸν λυπούμενον καὶ δεικνύων κοινὸν καὶ πολλῶν τὸ συμβεβηκὸς ἐκ τῶν καὶ ἑτέροις συμβεβηκότων ἐλάττονα τὴν δόξαν τοῦ λελυπημένου μεθίστησι*: *κοινὸν ὂν* malebat Reiskius, *πολλῶν εἶναι* nulla, ut videtur, auctoritate tacito in animadversionibus scripsit Wyttenbachius, sed v. Bornemannus ad Xenoph. Symp. p. 124. ut taceam Plutarch. T. II. p. 855. F. *ὁ δὲ ἱστορίαν γράφων ἃ μὲν οἶδεν ἀληθῆ λέγειν δίκαιός ἐστι.* Non erat igitur cur Schaeferus et illum locum tentaret et suspectos haberet eiusdem generis alios, ut Fab. Max. XXIII. *ἰδίᾳ πρὸς τοὺς φίλους εἰπεῖν, ὡς πάλαι μὲν ἑώρα χαλεπὸν αὐτοῖς, νῦν δ' ἀδύνατον κρατεῖν ἀπὸ τῶν ὑπαρχόντων*, quo et ipso loco scribendum suspicatur *χαλεπὸν ὄν*. Neque aliter Romul. VII. *ἐνορῶν δὲ τῷ προσώπῳ τὸ θαῤῥαλέον καὶ ἰταμὸν τῆς ψυχῆς ἀδούλωτον καὶ ἀπαθὲς ὑπὸ τῶν παρόντων* ubi *ἀδούλωτον ὂν* inutilis eiusdem coniectura est, minimeque necessaria quam Poplic. XVIII. *προὐκαλεῖτο πολλάκις ὡς ἐξελέγξων κάκιστον ἀνδρῶν καὶ δικαίως ἀφαιρεθέντα τὴν ἀρχήν* proponit correctionem *κάκιστον ὄντα.*

Alterius generis locos paullo plures annotatos habeo a Schaefero aut correctos aut in suspicionem vocatos, quamquam sic in ea re versatus est, ut dubites an ipsi editori de necessitate mutationis non satis constiterit. Nam quod uno in loco confidenter in textum recepit, de eodem altero loco dubitanter loquitur, malle se dicens, quod alio loco scribi iusserat. Habuit autem praeeuntem ea in re aliquot in locis Coraen,

in aliis Reiskium, qui non tulit illud in libro de S. N. V. p. 551. E. *τὸ μὲν ἀνήκεστον εὐθὺς ἐξεῖλε τοῦ βίου καὶ ἀπέκοψεν, ὡς ἑτέροις γε πάντως βλαβερὸν, αὐτῷ τε βλαβερώτατον*, sed corrigi voluit *βλαβερὸν ὄν*: participio quidem facile caremus, sed pro *γέ* particula, quod obiter addo, aut scribendum *τέ*, aut quod sequitur *τέ* mutandum in *δέ*. Aliter iudicavit Schaeferus, qui Lycurg. V. *ἐπεχείρει τὰ παρόντα κινεῖν καὶ μεθιστάναι τὴν πολιτείαν, ὡς τῶν κατὰ μέρος νόμων οὐδὲν ἔργον οὐδ' ὄφελος, εἰ μή τις κ. τ. λ.* *ἔργον ὄν* ab Reiskio editum tacito servavit; sed non diversus est locus Thucydidis libr. II. 35. *οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἐνθάδε ἤδη εἰρηκότων ἐπαινοῦσι τὸν προςθέντα τῷ νόμῳ τὸν λόγον τόνδε, ὡς καλὸν ἐπὶ τοῖς ἐκ τῶν πολέμων θαπτομένοις ἀγορεύεσθαι αὐτόν*, vid. Matth. gr. gr. §. 568. not., nisi malis eum quidem locum ex duabus conflatum structuris existimare: eadem tamen ratio est Plut. Caesar. XXVIII. *τοῦτο δὲ Πομπηΐῳ μὲν ἐξ ὀλίγου φοβεῖσθαι παρέστη τέως ὑπερορῶντι Καίσαρος ὡς οὐ χαλεπὸν ἔργον ὂν ὃν αὐτὸς ηὔξησε καταλυθῆναι πάλιν ὑπ' αὐτοῦ*, ubi iterum Schaeferus sequutus est Solanum scribendo *ἔργον ὄν*: item Mar. II. *λέγεται δὲ μήτε γράμματα μαθεῖν Ἑλληνικὰ μήτε γλώττῃ πρὸς μηδὲν Ἑλληνίδι χρῆσθαι τῶν σπουδῆς ἐχομένων, ὡς γελοῖον γράμματα μανθάνειν ὧν οἱ διδάσκαλοι δουλεύοιεν ἑτέροις* perperam recepit Reiskii correctionem *γελοῖον ὄν*: non magis probandum quod ibid. XXXVIII. *οἱ δ' εὐθὺς ἐπιβάντες ἐπὶ τὴν ναῦν καὶ τὰς ἀγκύρας ἀναλαβόντες ἔφευγον, ὡς οὔτε καλὸν ἐκδοῦναι τὸν Μάριον αὐτοῖς οὔτε σώζειν ἀσφαλές* Schaeferus edidit *καλὸν ὄν* desiderante participium

ante eum Corae, quem iterum sequitur Brut. XL. ἠτιασάμην Κάτωνα διαχρησάμενον ἑαυτὸν, ὡς οὐχ ὅσιον οὐδ' ἀνδρὸς ἔργον ὑποχωρεῖν τῷ δαίμονι scribendo ἔργον ὄν. Alexandr. autem XLV. εἴτε βουλόμενος αὐτὸν συνοικειοῦν τοῖς ἐπιχωρίοις νόμοις, ὡς μέγα πρὸς ἐξημέρωσιν ἀνθρώπων τὸ σύνηθες καὶ ὁμόφυλον, εἴτε κ. τ. λ. additum ὄν post ὁμόφυλον debetur Schaefero: cautius idem egit quod Anton. LIV. ἡ δ' οὐκ ἔφη τὸν οἶκον ἀπολείψειν τοῦ ἀνδρὸς ἀλλὰ κἀκεῖνον αὐτὸν — παρεκάλει τὰ καθ' ἑαυτὴν ἐᾶν, ὡς οὐδ' ἀκοῦσαι καλὸν, εἰ — satis habuit in annotatione significasse, scribendum sibi videri καλὸν ὄν, et Lycurg. XVI. εἰ δ' ἀγεννὲς καὶ ἄμορφον (εἴη τὸ παιδάριον) ἀπέπεμπον εἰς τὰς λεγομένας Ἀποθέτας, παρὰ Ταΰγετον βαραθρώδη τόπον, ὡς οὔτε αὐτῷ ζῆν ἄμεινον, οὔτε τῇ πόλει τὸ μὴ καλῶς — πεφυκὸς se malle dixit ἄμεινον ὄν. Ego vero malo retineri vulgatam scripturam: item malo Num. VIII. ἄγαλμα δ' οὐδὲν ἔμμορφον ποιούμενοι διετέλουν, ὡς οὔτε ὅσιον ἀφομοιοῦν τὰ βελτίονα τοῖς χείροσιν οὔτ' ἐφάπτεσθαι θεοῦ δυνατὸν ἄλλως ἢ νοήσει, ubi ὅσιον ὂν corrigenti Corai assentitur Schaeferus. Sed quod idem Comp. Num. c. Lycurg. IV. τῶν — Ῥωμαίων δωδεκαετεῖς καὶ νεωτέρας ἐκδιδόντων, οὕτω γὰρ ἂν μάλιστα καὶ τὸ σῶμα καὶ τὸ ἦθος καθαρὸν καὶ ἄθικτον ἐπὶ τῷ γαμοῦντι γενέσθαι scribi vult ἄθικτον ὄν, etiam ad sententiam multo est deterius. Nec assentiri possumus Schaefero, cui Romul. XXIV. πρὶν δὲ λῆξαι τὸν λοιμὸν ἐπέθεντο Καμέριοι Ῥωμαίοις καὶ κατέδραμον τὴν χώραν ὡς ἀδυνάτων ἀμύνεσθαι διὰ τὸ πάθος placuit Bodleianorum scriptura ἀδυνάτοις, quoniam genitivus

addi posceret ὄντων, si quidem vel haec relicta est interpretandi ratio: ὡς (χώραν) ἀδυνάτων ἀμύνεσθαι.

Vides, *Godofrede Hermanne*, horum locorum tantum non omnium rationem hanc esse, ut si ad palaeographicam mutationis facilitatem respiciatur admodum vero similis videatur necesse sit; sed sit facilis ista correctio, mirabile tamen foret, si constans ille participii defectus librorum negligentiae imputandus esset, praesertim quum nemo dum docuerit, cur participio carere non possemus: additum vero participium ubi quidem codicum nitatur fide et auctoritate multo me rarius fateor in scriptis Plutarchi animadvertisse quam omissum: nam alios scriptores consulto praetereo.

Accedo ad aliud argumentum. Non sine caussa arbitror Philippum Buttmannum gr. gr. §. 137. not. 4. observasse, imperfectum verbi κελεύειν aliorumque quorumdam saepe positum reperiri, ubi aoristi temporis vis ac virtus aut sufficere videretur aut etiam requiri. Quem usum quod Buttmannus arbitratur comicis proprium fuisse scriptoribus, ego dissentio sic, ut ad omnes scriptores graecos pertinere putaverim. Et Herodoti quidem non est quod multa exempla congeramus, vid. tamen libr. III. 28. τοσαῦτα δὲ εἴπας ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἆπιν τοὺς ἱρέας. IX. 80. Παυσανίης δὲ κήρυγμα ποιησάμενος μηδένα ἅπτεσθαι τῆς ληΐης συγκομίζειν ἐκέλευε τοὺς εἵλωτας τὰ χρήματα, quo loco ἐκέλευσε duorum codd. lectio praefertur a Schaefero. De Thucydide dicetur ab E. Fr. Poppone ad libr. I. c. 119. cl. not. cr. ad c. 137., ubi tamen non probo quod vir doctissimus spreta optimorum librorum auctoritate addidit: βασιλεὺς δὲ, ὡς

λέγεται, ἐθαύμασέ τε αὐτοῦ τὴν διάνοιαν καὶ ἐκέλευσε ποιεῖν οὕτως. Recte I. Bekkerus ἐκέλευε: conf. eiusdem libri c. 90. οἱ δ᾽ Ἀθηναῖοι Θεμιστοκλέους γνώμῃ τοὺς μὲν Λακεδαιμονίους — εὐθὺς ἀπήλλαξαν, ἑαυτὸν δὲ ἐκέλευεν ἀποστέλλειν ὡς τάχιστα ὁ Θεμιστοκλῆς ἐς τὴν Λακεδαίμονα. Idem tempus Xenophonti aliquoties vindicavit idem Poppo, cuius videnda annotatio ad Anabas. libr. IV. 3. 13.; Aristophanis locos aliquot indicavit et explicuit recte Reinholdus Klotzius Quaestion. critic. libr. I. p. 28. sq. Eodem igitur imperfecti usu nihil apud Plutarchum frequentius; ante Schaeferum quidem: is enim tanta licentia in hac quoque re versatus est, ut quod alio loco tulisset, idem correxerit aliis, ut plane nescias quam rationem sit sequutus. Neque unius verbi κελεύειν imperfecto tanto opere succensuit Schaeferus, sed idem fecit cum aliis in verbis, tum in iis, quorum satis ab aliis explicita ratio est, vv. πέμπειν, ἀγγέλλειν, λείπειν, φεύγειν. Arbitror autem plerorumque certe locorum a Schaefero correctorum — nam de singulis quibusque non contendo — rationem duplicem esse, ita ut imperfectum istius verbi vel eam habeat, quae frequens eius significatio est, iubendi dictitando, vel positum sic sit, ut aliud verbum praecedat primarium, quo imperfectum referatur tamquam secundarium eodemque tempore factum. Et intellexerunt hoc Godofredus Bernhardius in libro quem scripsit de syntaxi ling. gr. p. 372. sq. Reinholdusque Klotzius loco supra indicato, nisi quod ille non debebat eum usum, qui omnibus communis est graecis scriptoribus, solis relinquere poetis. Rectene autem an secus et illi et ego sic statuamus, iudicabis *Tu*,

G. Hermanne, qui regnas in perspicua rerum grammaticarum explicatione: mihi quidem satis est partem locorum a Schaefero correctorum attulisse, tot enim sunt, ut si de omnibus *Tecum* vellem colloqui verendum mihi esset, ne vel *Tuas* aures, quamvis patientissimas, essem fatigaturus.

Schaeferus igitur quum locos plurimos qualis Timoleont. XXI. *διελὼν ὁ Τιμολέων τὴν δύναμιν αὐτὸς μὲν ᾗ βιαιότατον ἦν παρὰ τὸ ῥεῖθρον τοῦ Ἀνάπου προςέβαλλεν, ἄλλους δ᾽ ἐκ τῆς Ἀχραδινῆς ἐκέλευεν ἐπιχειρεῖν*, vel Cleomen. XV. *ὁ δὲ Κλεομένης πρῶτον μὲν μέτρια τοῖς Ἀχαιοῖς ἐδόκει πρέσβεσιν ἐπιτάττειν, ἑτέρους δὲ πέμπων ἐκέλευεν αὐτῷ παραδιδόναι τὴν ἡγεμονίαν* reliquisset intactos, Pompei. XIV. *ὁ δὲ Πομπήϊος οὐχ ὑπέπτηξεν, ἀλλ᾽ ἐννοεῖν ἐκέλευε τὸν Σύλλαν, ὅτι καὶ τὸν ἥλιον ἀνατέλλοντα πλείονες ἢ δυόμενον προςκυνοῦσιν*, *malim* inquit, *ἐκέλευσε*, idemque malit ibidem XXXVI. *τῷ δὲ Πομπηΐῳ καὶ τὸ χωρίον παρεδίδου τοῦτο καὶ δῶρα πολλὰ προςήνεγκεν, ὧν ἐκεῖνος ὅσα κόσμον ἱεροῖς καὶ λαμπρότητα τῷ θριάμβῳ παρέξειν ἐφαίνετο λαβὼν μόνα τὰ λοιπὰ τὴν Σρατονίκην ἐκέλευε κεκτῆσθαι χαίρουσαν*, et Alexandr. III. *ἡ Ὀλυμπιὰς — προπέμπουσα τὸν Ἀλέξανδρον ἐπὶ τὴν στρατείαν — ἐκέλευεν ἄξια φρονεῖν τῆς γενέσεως*, et rursus Cai. Gracch. XII. *τῶν ἀρχόντων οἱ πλεῖστοι θεωρητήρια κύκλῳ κατασκευάσαντες ἐξεμίσθουν. Ταῦτα ὁ Γάϊος ἐκέλευεν αὐτοὺς καθαιρεῖν*, idemque suadet Artaxerx. VIII. *καί τοι Κῦρος τὸ συμφέρον οὐκ ἠγνόησεν, ἀλλ᾽ ἐκεῖ Κλέαρχον ἐκέλευε τάττεσθαι κατὰ μέσον*, malitque Demosthen. XXV. *Ἅρπαλος*

— ἐκέλευε διαβαστάσαντα τὴν ὁλκὴν τοῦ χρυσίου σκέψασθαι, et Cleomen. XXVIII. καλέσας — Δαμοτέλη τὸν ἐπὶ τῆς κρυπτείας τεταγμένον ὁρᾷν ἐκέλευε καὶ ζητεῖν, ὅπως ἔχει τὰ κατὰ νώτου, ac Dion. XXIV. ἐπεὶ δὲ τοῖς στρατιώταις διαταραχθεῖσιν ἔδει τινὸς παρηγορίας, Μίλτας ὁ μάντις ἐν μέσῳ καταστὰς ἐκέλευε θαρρεῖν αὐτούς, nec non Agid. XX. Ἀμφάρης προελθὼν — οὐδὲν ἔφη περὶ τὸν Ἆγιν ἔσεσθαι βίαιον οὐδ᾽ ἀνήκεστον, ἐκέλευε δὲ κἀκείνην, εἰ βούλοιτο, πρὸς τὸν υἱὸν εἰςελθεῖν. Eumen. XV. ἅμα μὲν ἀγγέλους περιέπεμπε — ἅμα δὲ αὐτὸς ἐξιππασάμενος μετὰ τῶν ἄλλων ἡγεμόνων — ἐκέλευε πυρὰ πολλὰ καίειν ἐν διαστήμασιν, Schaeferus: *immo* ἐκέλευσεν, idemque reponi vult ibidem XVI. ἐν τούτῳ δὲ τῆς δυνάμεως περὶ τὸν Εὐμένη τὸ πλεῖστον ἠθροισμένον ἐθαύμαζε τὴν σύνεσιν αὐτοῦ καὶ μόνον ἐκέλευεν ἄρχειν, et Crass. V. δύο δὴ θεραπαινίδας εὐπρεπεῖς ἀναλαβὼν ἐβάδιζεν ἐπὶ τὴν θάλασσαν· ὡς δ᾽ ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, δείξας τὴν ἄνοδον ἐκέλευεν εἴσω πορεύεσθαι καὶ θαρρεῖν, ac Lysandr. XX. διὸ καὶ τὴν πολιορκίαν ἀφεὶς, ὡς τοῦ θεοῦ προςτάξαντος, ἐκέλευε τοὺς Ἀφυταίους Ἄμμωνι θύειν, et Anton. XVIII. τὰς σάλπιγγας ἐκέλευε συνηχούσας ἀφαιρεῖσθαι τὸ κατακούεσθαι τὸν Ἀντώνιον. Cat. min. LXV. τραπόμενος πρὸς τοὺς συγκλητικοὺς ἐκέλευε μὴ μέλλειν, ἀλλ᾽ ἕως παραμένουσιν οἱ ἱππεις σώζεσθαι Schaeferus de suo ἐκέλευσε, sed Ciceron. XV. καλέσαντες τὸν θυρωρὸν ἐκέλευον ἐπεγεῖραι καὶ φράσαι Κικέρωνι τὴν παρουσίαν αὐτῶν paullo dubitantius, *malis*, inquit, ἐκέλευσαν, et Anton. XLI. Ἀντωνίῳ προςελθὼν ἐκέλευε φεύγειν, *praestat*, inquit,

ἐκέλευσε, et sic ibidem mox et LVI. Ἀντώνιος — ἐκέλευε Κλεοπάτραν πλεῖν ἐπ᾽ Αἴγυπτον.

Sed desino plures locos, quibus eamdem correctionem aut adhibuit aut adhibere meditabatur vir doctissimus, addoque sero mihi oblatam eius annotationem quamdam scriptam ad Vol. I. p. 244.: *Persaepe — vix quidquam interest, imperfectum optes an aoristum. Nec tamen somnianda temporum enallage, commentum tam putidum, ut cordato nauseam moveat.* Cuius praecepti patet ipsum mox immemorem fuisse Schaeferum; et potest sane ipsum etiam praeceptum istud mirum videri, si quidem nihil fere interesse dicit discriminis imperfectum inter et aoristum ac tamen cogitari vetat vel potius somniari temporum enallagen. Id igitur eodem modo dictum, quo illud de modis diversis nullo sententiae discrimine coniunctis eius praeceptum, quod notavi ad c. XXV. *Te*que etiam notasse video, *Hermanne*, in annotat. ad Eur. Iphig. Aul. v. 1184. Idem autem *Tu* facile intelligis, me non ea mente locos illos congessisse, quod eamdem omnium putarem rationem esse, sed quod omnes magis minusve inter se similes iniuria tentatos existimarem a Schaefero; singularum autem qualem rationem opinarer esse exponere et longum arbitrabar esse nec necessarium.

Poteram his similem subiicere recensum locorum perperam a Schaefero aut correctorum aut in vitii suspicionem adductorum propter particularum quarumdam usum minus ipsi probatum, qualis est particularum καὶ γὰρ *nam etiam* significantium, quem quum olim ad Dionys. Halicarn. de Compos. Verb. p. 228. et 335. improbasset, non quod docuisset, cur ferri

non posset, sed emendando quae aliter dicta essent, cum in Demosthenicis, tum in Plutarcheis eadem captus opinione identidem correxit *καὶ γὰρ καὶ*, quamvis et A. Meinekius ad Menandr. p. 343. C. G. Kruegerus ad Xenoph. Anab. III. 3. 4. et F. V. Fritzschius in Quaest. Luc. p. 142. sq. docuissent contrarium; non rectius sensit vir doctissimus de particulis *οὔτε* vel *μήτε* sic positis, ut excipiant praegressum *οὐ* vel *μή*, quae particulae quum ab Carolo Reisigio, *Teque, Godofrede Hermanne,* et postea etiam ab aliis ostensum esset, quibus legibus recte eo ordine collocarentur, non movit id Schaeferum, sed ingentem numerum locorum, quibus rectissime positas esse eas particulas concedunt omnes, vel correxit vel voluit corrigi; idem valet de particularum *μὲν* et *μὲν οὖν* usu quodam, de quo mire fluctuat Schaeferi iudicium: haec igitur atque alia poteram hic addere, sed partim longiorem requirunt disputationem, partim sic sunt comparata, ut ne egeant quidem ulla defensione. Accedit quod alia nonnulla supersunt, de quibus dicendum est. Etenim ut iis, quae adhuc disputavi, ostendere volebam, Schaeferum vel quod festinaret, vel quod usum Plutarchi licet ter a se editi non satis teneret nonnulla commisisse, quae probari non viderentur posse, ita idem ostendunt alia ex eodem fonte derivanda. Pertinet huc formarum quarumdam usus, quas vett. grammaticorum auctoritatem sequutus Plutarcho non concedendas esse arbitratus videtur esse, qualis est aoristi forma *ἠγγέλην*, quam vindicavit Franciscus Passovius ad Parthenium p. 70. sq. et loci cum vitarum, tum moralium tuentur sat multi, passim etiam codices, quorum mihi lectionibus uti concessum

fuit, substituunt aoristo primo. Atque commemoranda hic est forma vocabuli ὄφλημα, quae ubi primo loco occurrebat Schaefero recenti adhuc a studiis Demosthenicis, Sull. VIII., non dubitavit de coniectura sua reponere ὀφείλημα, principes, ut ait ad Domosthen. T. V. p. 78. veterum grammaticorum sequutus, laudato Herodiano Piersoni p. 471. cum nota editoris. Nescio, quid Herodianus de istis formis praeceperit, hoc scio, usum huius formae apud Plutarchum aliquanto crebriorem esse, quam qui scribarum negligentiae imputari possit. Nec videtur id plane fugisse Schaeferum, qui ubi recurrit ista vox Demosthen. XV. εἷλε τὸν ἄνδρα τοῦ ὀφλήματος, contentus fuerit annotasse, Plutarchum aut scripsisse, aut scribere debuisse ὀφειλήματος. Item Ciceron. XLII. ἐπὶ πολλοῖς ὀφλήμασι καὶ μεγάλοις, *malim*, inquit, ὀ φ ε ι λ ή μ α σ ι, idemque malit Demetr. II. et Brut. X., quos locos si in promptu fuissent Schaefero quum primum corrigere aggrederetur, arbitror virum doctissimum aliquanto cautiorem fuisse reddituros. Sed haec quidem ac similia levia sunt et sic comparata, ut facile condonemus viro doctissimo; multo magis vellem abstinuisset aliis iisque paullo gravioribus mutationibus, a quibus eum partim usus scriptoris, partim accuratius perpensa singulorum ratio locorum, ut ego opinor, debebat revocare. Huius igitur generis locos quosdam bona cum venia ***Tua, G. Hermanne,*** pertractabo.

Ac primum quidem Num. IV. quum scriptum in libris esset hoc modo: Ὁ δὲ Νουμᾶς ἐκλιπὼν τὰς ἐν ἄστει διατριβὰς ἀγραυλεῖν τὰ πολλὰ καὶ πλανᾶσθαι μόνος ἤθελεν ἐν ἄλσεσι θεῶν καὶ λειμῶσιν ἱεροῖς καὶ τόποις ἐρήμοις ποιούμενος τὴν δίαιταν. Ὅθεν

οὐχ ἥκιστα τὴν ἀρχὴν ὁ περὶ τῆς θεᾶς ἔλαβε λόγος ὡς ἄρα Νουμᾶς ἐκεῖνος οὐκ ἀδημονίᾳ τινὶ ψυχῆς καὶ πλάνῃ τὸν μετ᾽ ἀνθρώπων ἀπολέλοιπε βίον, ἀλλὰ σεμνοτέρας γεγευμένος ὁμιλίας καὶ γάμων θείων ἠξιωμένος κ. τ. λ., *ἐκεῖνος* pronominis rationem nec Reiskius perspexit, nec qui Reiskio delendum id censenti assentitur Schaeferus. At enim rectissime positum arbitror pronomen, si quidem fama intelligitur communi notitia pervulgata atque ad posteros propagata de Numae *illius* cum Egeria consuetudine: poteratque id docere cum *ὡς ἄρα* formula, multo illa usu trita in eiusmodi sententiis, de quo docte disseruit C. Fr. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 17., tum *ἐκεῖνος* pronomen de illustri quadam re ac nemini ignota, imprimis vetere, saepissime positum. Sed quae ibidem subsequuntur verba haec: *Ὅτι μὲν οὖν ταῦτα πολλοῖς τῶν πάνυ παλαιῶν μύθων ἔοικεν, οὓς οἱ Φρύγες τε περὶ Ἄττεω καὶ Βιθυνοὶ περὶ Ἡροδότου καὶ περὶ Ἐνδυμίωνος Ἀρκάδες ἄλλων τε πολλῶν εὐδαιμόνων δή τινων καὶ θεοφιλῶν γενέσθαι δοκούντων παραλαβόντες ἠγάπησαν, οὐκ ἄδηλόν ἐστι,* in iis mireris neminem praeter Schaeferum animadvertisse corrupta esse verba *ἄλλων τε πολλῶν*, quorum tamen quod sic tollendam putat difficultatem, ut e textu iubeat exulare, ego quidem non assentior, quum et facilis et certa, opinor, in promptu sit correctio haec: *ἄλλοι τε περὶ ἄλλων,* ex qua scriptura facile est intellectu, quam proclivis fuerit error ad alteram. Sed non tentandus erat locus Coriolan. XIV. *ὀψὲ γὰρ μετὰ πολὺν χρόνον ὠνὴ καὶ πρᾶσις εἰςῆλθε,* quo quum Coraes annotasset malle se *ὀψὲ καὶ μετὰ π. χρ.*, Schaeferus significavit fortasse praestare ista *μετὰ πο-*

λὺν χρόνον deleri, usus Hesychii glossa *ὀψέ· μετὰ πολὺν χρόνον,* T. II. c. 831. sequutusque praeeuntem in consimili re Coraen, qui eiusdem vitae XII. *ἔδοξεν οὖν τοῖς νοῦν ἔχουσιν εἰς δέον γεγονέναι καὶ κατὰ καιρὸν ἡ χρεία τῶν Οὐελιτράνων* verba *καὶ κατὰ καιρόν* inducenda esse suspicatus est, recte de eo loco dissentiente Schaefero. Igitur quum duorum compositio adverbiorum non addita copula nihil habeat offensionis, v. Porsonus ad Eur. Phoen. v. 1422. Bastius ad Gregor. Cor. p. 169. ibidemque p. 170. Schaeferus, illa autem *μετὰ πολὺν χρ.* instar sint adverbii, et pleonasmum ipse altero loco tueatur Schaeferus, non videtur ulla mutatione opus esse. De omissa copula conf. Artaxerx. VIII. *ἀσφαλῶς μαχεῖται καθ᾽ ἡσυχίαν,* quod non tentandum erat, cum dictione componantur Demosthen. de reb. Chersones. p. 91. 19. *πάντα τὸν χρόνον συνεχῶς,* Philipp. IV. p. 147. *ὁμοθυμαδὸν ἐκ μιᾶς γνώμης,* Diodor. Sic. XVII. 92. *ἡσυχῇ κατ᾽ ὀλίγον,* et quae solita liberalitate suppeditat A. Lobeckius Parerg. ad Phryn. p. 754.

Sed nulla ratione Schaeferum saepius ad suspectanda vel delenda vocabula adductum videas quam repetitione eiusdem verbi intra spatium brevius. Quo in genere cum alii scriptores commisere quae minus placeant, tum Plutarchea tot sunt exempla, ut vix queat dubitari, quin qui talia non ferant scriptorem potius corrigant quam librarios. Est autem non eadem omnium locorum ratio, si quidem sponte apparet, quae uno loco perapta sit repetitio, eamdem longe ineptissimam esse altero; porro quae uno loco perspicuitati ac gravitati inserviat orationis, eadem altero loco molestissimam esse ac vix tolerabilem. Singulorum igitur

locorum ut accurata et diligens instituenda exploratio est, ita imprimis spectandus usus scriptoris et consuetudo, quum alium alio plus in ea re sibi indulsisse constet; Plutarchum vero contendo in iisdem vocabulis repetendis tantum sibi permisisse, ut haud raro perspicuitatem anteposuerit elegantiae, interdum scripserit sic, ut negligenter scripsisse censendus sit. Atque hoc ipsum in caussa fuisse suspicor, quod Schaeferus eiusmodi verborum repetitiones vel aegre tulit, vel corrigi maluit, nihil tale relictum cupiens in scriptore quem tanto opere diligeret, praesertim recens a lectione Demosthenis. Nec desunt tamen loci, quibus rectissime de ea re praeceperit vir doctissimus: ita, ut hoc utar, quum Coraes Lycurg. XXII. *ἤδη δὲ συντεταγμένης ἅμα τῆς φάλαγγος αὐτῶν καὶ τῶν πολεμίων παρόντων ὁ βασιλεὺς ἅμα τήν τε χίμαιραν ἐσφαγιάζετο καὶ στεφανοῦσθαι παρήγγελλε πᾶσι καὶ τοὺς αὐλητὰς αὐλεῖν ἐκέλευε τὸ Καστόρειον μέλος· ἅμα δ᾽ ἐξῆρχεν ἐμβατηρίου παιᾶνος, ὥστε σεμνὴν ἅμα καὶ καταπληκτικὴν τὴν ὄψιν εἶναι*: toties repetitum istud *ἅμα* non iniuria *λεκτικὸν* dixisset *Πλουτάρχου ἁμάρτημα*, vere addidit Schaeferus, talia notanda esse, non corrigenda. Malo igitur etiam Lysandr. III. *γενόμενος δ᾽ ἐν Ἐφέσῳ — στρατόπεδον βαλόμενος καὶ τὰ πλοῖα πανταχόθεν ἕλκεσθαι κελεύσας ἐκεῖ τὰ φορτηγὰ καὶ ναυπηγίαν τριήρων ἐκεῖ κατασκευασάμενος ταῖς μὲν ἐμπορίαις τοὺς λιμένας αὐτῶν ἀνέλαβεν*, notari alterum istud *ἐκεῖ* quam deleri cum eodem Schaefero. Ac Pelopid. XIV. *Σφοδρίας, ἀνὴρ Σπαρτιάτης, εὐδόκιμος μὲν ἐν τοῖς πολεμικοῖς καὶ λαμπρὸς, ὑπόκουφος δὲ τὴν γνώμην — ἀπελείφθη περὶ Θεσπιὰς μετὰ δυνάμεως —.*

Πρὸς τοῦτον ὑποπέμπουσιν οἱ περὶ τὸν Πελοπίδαν ἰδίᾳ ἔμπορόν τινα τῶν φίλων χρήματα κομίζοντα καὶ λόγους, οἳ τῶν χρημάτων μᾶλλον ἀνέπεισαν αὐτὸν, ὡς χρὴ πραγμάτων μᾶλλον ἅψασθαι μεγάλων καὶ τὸν Πειραιᾶ καταλαβεῖν miror ego adeo immemorem eum fuisse illius praecepti sui, ut a Bryano deceptus Coraeque alterum illud *μᾶλλον* delere non dubitaverit; id vero ut tolerabile esse aliis ostendam exemplis, ita ad sententiam aptissimum est, ne dicam necessarium, recte ab Reiskio explicitam hoc modo: *subaudi, quam ignobili oppido assidere.* Quem autem Schaeferus cum hoc componit locum eiusdem vitae c. XVI. *οὐ γὰρ ἐν τοῖς ἐκ μεταβολῆς ἀθανάτοις γενομένοις γεννητοῖς ὁ πάτριος λόγος τὸν θεὸν τοῦτον ἀπολείπει δαίμοσιν, ὥςπερ Ἡρακλέα καὶ Διόνυσον ἐκ μεταβολῆς ἀρετῇ τὸ θνητὸν καὶ παθητὸν ἀποβαλόντας*, ubi itidem postrema illa *ἐκ μεταβολῆς*, hic quidem consentiente Reiskio delevit, de eo nunc nihil decerno, sed comparo eiusdem vitae c. XXX. *ταῦτ' οὖν ὁ Ἀρταξέρξης ἔχαιρε καὶ τὸν Πελοπίδαν ἔτι μᾶλλον ἐθαύμαζε τῇ δόξῃ — —· ἐπεὶ δὲ καὶ τὴν ὄψιν αὐτοῦ εἶδε καὶ τοὺς λόγους κατενόησε, τῶν μὲν Ἀττικῶν βεβαιοτέρους, τῶν δὲ Λακεδαιμονίων ἁπλουστέρους ὄντας, ἔτι μᾶλλον ἠγάπησε,* addoque, vitam illam Pelopidae multo minore cura ac diligentia a Plutarcho conscriptam esse quam reliquas, cuius rei iudicia non fallent attentiorem. Multo speciosius est, quod Num. XXII. *Πυρὶ μὲν οὖν οὐκ ἔδοσαν τὸν νεκρὸν αὐτοῦ κωλύσαντος, ὡς λέγεται, δύο δὲ ποιησάμενοι λιθίνας σοροὺς ὑπὸ τὸ Ἰάνοκλον ἔθηκαν, τὴν μὲν ἑτέραν ἔχουσαν τὸ σῶμα, τὴν δ' ἑτέραν τὰς ἱερὰς βίβλους, ἃς ἐγράψατο μὲν αὐτὸς,*

ὥςπερ οἱ τῶν Ἑλλήνων νομοθέται τοὺς κύρβεις, ἐκδιδάξας δὲ τοὺς ἱερεῖς ἔτι ζῶν τὰ γεγραμμένα καὶ πάντων ἕξιν τε καὶ γνώμην ἐνεργασάμενος αὐτοῖς ἐκέλευσε τὰς ἱερὰς βίβλους συνταφῆναι μετὰ τοῦ σώματος verba τὰς ἱερὰς βίβλους, quae sunt post ἐκέλευσε, e margine suspicatur irrepsisse, etsi hoc quoque, quamvis parum elegans sit, ferendum arbitror; nam non minus inelegans est quod scripsit in libr. ad princip. inerudit. T. IV. διδάξας ὑπὲρ τίνων δεῖ τὸν ἄρχοντα τῷ φόβῳ χρῆσθαι καὶ τίνων δεῖ τὸν ἄρχοντα καταφρονεῖν, ubi non assentior Corai repetitione illa admodum offenso, si quidem usu admodum frequenti tum Plutarchi, tum aliorum scriptorum ipsum repetitur nomen, ubi vel omitti poterat, vel exspectabatur pronomen, conf. de gen. Socr. p. 590. A. τοῦ Σωκράτους δεηθεὶς ταφῆναι παρὰ Λαμπροκλέα τὸν Σωκράτους υἱόν et Wyttenbachius ad de S. N. V. p. 28. Lugd. p. 497. Lips. Tuemur igitur etiam Nic. XIX. καὶ προςῆγεν εὐθὺς ὁ Γύλιππος ἐξ ὁδοῦ τεταγμένος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. Ὡς δὲ κἀκείνους ἀντέταξεν ὁ Νικίας, θέμενος ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους ὁ Γ. τὰ ὅπλα καὶ κήρυκα πέμψας ἔλεγε διδόναι τοῖς Ἀθηναίοις ἄδειαν ἀπιοῦσιν ἐκ Σικελίας verba τοὺς Ἀθηναίους ante ὁ Γ., quae iniuria displicuerunt Schaefero. Sed multo minus assentior viro doctissimo quod eiusdem vitae c. II. Ἴσχυε μὲν γὰρ ὁ Κλέων μέγα —· ὅμως δὲ καὶ τὴν πλεονεξίαν αὐτοῦ καὶ τὴν ἰταμότητα καὶ τὸ θράσος ὁρῶντες αὐτοὶ οἷς πρὸς χάριν ἔπραττεν οἱ πολλοὶ τὸν Νικίαν ἐπήγοντο. Καὶ γὰρ οὐκ ἦν αὐστηρὸν οὐδ᾽ ἐπαχθὲς ἄγαν αὐτοῦ τὸ σεμνόν, ἀλλ᾽ εὐλαβείᾳ τινὶ μεμιγμένον, αὐτῷ τῷ δεδιέναι δοκοῦντι τοὺς πολλοὺς δημαγωγοῦν, fortasse delenda esse scri-

bit verba *οἱ πολλοί*, quae ego quidem recte et eleganter dicta arbitror. Nam et constat saepissime eiusmodi additamenta ab ipsis profecta esse scriptoribus, quibus perspicuitati consulerent, et hic quidem tanto aptius est illud additamentum, quod in praegressis nondum dictum erat, quinam Clearcho favissent. Iure vero Caton. min. XVI. *Κάτλος Λουτάτιος ὁ τιμητὴς ἀνέβη βοηθήσων, ἀνὴρ μέγα τὸ τῆς ἀρχῆς ἔχων ἀξίωμα, τὸ δὲ τῆς ἀρετῆς ἔχων μέγιστον* idem non assensus est Corai alterum participium suspectanti, vid. Aristid. XXIII. *μᾶλλον αἱρούμενοι σωφρονοῦντας ἔχειν καὶ τοῖς ἔθεσιν ἐμμένοντας τοὺς πολίτας, ἢ τῆς Ἑλλάδος ἔχειν ἁπάσης τὴν ἡγεμονίαν.*

Sed satis de his. Ad rerum explicationem scis, *G. Hermanne*, raro accessisse Schaeferum, qui notulas se scripsisse, non notas, ipse sit professus in annotat. ad Vol. I. p. 359. 18. Contenti ergo simus iis, quae dare placuit viro doctissimo, nec requiramus quae ab editoris consilio aliena essent. Neque tamen praeterire licet, ubi rerum illa explicatio coniuncta esset cum quaestione de oratione scriptoris constituenda, saepius aegre desiderari editoris iudicium, interdum etiam vel quod festinaret, vel minus esset rerum, de quibus ageretur, curiosus, a vero eum aberrasse ac talia protulisse, quae nullo modo videantur probari posse. Cuius generis pauca quaedam afferam exempla, deligens talia, de quibus facile erat iudicium vel ex rerum gestarum cognitione, vel propter aliorum scriptorum, quos sequutus est Plutarchus, testimonia. Igitur Alcibiad. XXV. quum scriptum vulgo exstaret: *Ἀλκιβιάδης ἔπεμπε κρύφα πρὸς τοὺς ἐν Σάμῳ δυνατοὺς τῶν Ἀθηναίων ἐλπίδας ἐνδιδοὺς παρέξειν τὸν*

Τισσαφέρνην φίλον, οὐ τοῖς πολλοῖς χαριζόμενος οὐδὲ πιστεύων ἐκείνοις, ἀλλὰ τοῖς ἀρίστοις, εἰ τολμήσειαν ἄνδρες ἀγαθοὶ γενόμενοι καὶ παύσαντες ὑβρίζοντα τὸν δῆμον αὐτοὶ δι᾽ ἑαυτῶν σώζειν τὰ πράγματα καὶ τὴν πόλιν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι σφόδρα προςεῖχον τῷ Ἀλκιβιάδῃ, τῶν δὲ στρατηγῶν εἷς, Φρύνιχος ὁ Δειραδιώτης, ὑποπτεύσας, ὅπερ ἦν, τὸν Ἀλκιβιάδην οὐδέν τι μᾶλλον ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δεόμενον, ζητοῦντα δὲ πάντως κατελθεῖν ἐκ διαβολῆς τοῦ δήμου προθεραπεύειν καὶ ὑποδύεσθαι τοὺς δυνατοὺς ἀνθίστατο: advertit Schaeferum codicis Parisini apud Baehrium scriptura *καθελεῖν*, quae mihi quidem nihil videtur esse nisi error librarii. Sed Schaeferus, *verissime*, inquit, *ita codex. Scribam igitur* ζητοῦντα δὲ πάντας καθελεῖν. Haud scio an nemini quae ex hac correctione enascitur sententia prae vulgata sit placitura; Phrynichus quidem Diradiotes de reditu cogitavit in patriam, quem quovis modo sibi parare studeret Alcibiades, quod docere poterat ex quo haec quoque desumpta sunt Thucydides, apud quem libr. VIII. 48. haec scripta sunt: *Φρυνίχῳ δὲ — οὐδὲν ἤρεσεν, ἀλλ᾽ ὅ τε Ἀλκιβιάδης,* ὅπερ καὶ ἦν, οὐδὲν μᾶλλον ὀλιγαρχίας ἢ δημοκρατίας δεῖσθαι *ἐδόκει αὐτῷ, ἢ ἄλλο* τι σκοπεῖσθαι *ἢ ὅτῳ* τρόπῳ *ἐκ τοῦ παρόντος κόσμου τὴν πόλιν μεταστήσας ὑπὸ τῶν ἑταίρων παρακληθεὶς* κάτεισι. Sed difficilior est locus eiusdem vitae c. XIV. hic: *Τὸν δ᾽ Ἀλκιβιάδην ὁ Νικίας οὐχ ἧττον ἠνία θαυμαζόμενος ὑπὸ τῶν πολεμίων ἢ τιμώμενος ὑπὸ τῶν πολιτῶν. Πρόξενος μὲν γὰρ ἦν ὁ Ἀλκιβιάδης τῶν Λακεδαιμονίων καὶ τοὺς ἁλόντας αὐτῶν περὶ Πύλον ἄνδρας ἐθεράπευσεν. Ἐπεὶ δ᾽*

ἐκεῖνοί τε διὰ Νικίου μάλιστα τῆς εἰρήνης τυχόντες κ. τ. λ. de quo paucis sententiam meam significabo, ut et Plutarchi et interpretum eius communem quemdam, qui mihi videtur, errorem notem. Etenim quum H. Stephanus tacito edidisset *πρόξενος μὲν γὰρ ἦν ὁ Νικίας*, nulla, quantum constat, librorum fide et auctoritate, ambiguum erat de loci scriptura interpretum iudicium. Et sane aptum est nomen utrumque: nam quod Schaeferus ait, Plutarchum, si de Nicia haec voluisset intelligi, in sequentibus fuisse scripturum: *ἐπεὶ δ' ἐκεῖνοί τε δι' αὐτοῦ μάλιστα* — id quidem momenti est valde exigui, quum admodum frequens sit nominis repetitio ubi simplex sufficiebat pronomen. Aptius tamen Alcibiadis nomen, quum sic maxime intelligatur, quid invidiam eius excitaverit. Nimirum proxenus quidem, ait Plutarchus, fuit Lacedaemoniorum, captivorumque curam habuerat, nihilo tamen secius Niciam mirifice dilexerunt, cuius opera et bellum esset compositum et captivi ipsis redditi. Ac qui Niciae potius quam Alcibiadi captivorum studium convenire arbitrentur propter locum vitae Nic. c. IX., reputent, neque sequi ex eo loco Alcibiadis operam in ea re nullam fuisse, et disertum intueantur Thucydidis testimonium, apud quem Alcibiades libr. VI. 89. *ἐθεράπευον*, inquit, *ὑμᾶς ἄλλα τε καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου ξυμφοράν*, quae non est cur dolose mentita existimemus. Arbitror autem ex Niciae potissimum loco illo ab Henrico Stephano huc illatum esse Niciae nomen. Sed de *προξενίᾳ* Niciae nihil alibi scriptum reperio, ut vel propter hanc caussam periculosum videri debeat eam sine idonea auctoritate inferre in hunc locum. Atqui ne Alcibiades quidem

πρόξενος erat Spartanorum, quamvis ea interpretum fuerit opinio ipsiusque videatur fuisse Plutarchi sententia. Atque interpretes quidem uno potissimum nixos video Thucydidis loco supra indicato: *τῶν δ' ἡμῶν προγόνων τὴν προξενίαν ὑμῶν κατά τι ἔγκλημα ἀπειπόντων, αὐτὸς ἐγὼ πάλιν ἀναλαμβάνων ἐθεράπευον ὑμᾶς ἄλλα τε πολλὰ καὶ περὶ τὴν ἐκ Πύλου συμφοράν,* quae sunt Alcibiadis verba Lacedaemoniis sese commendare studentis. Nec miror ego si quis eo loco argumento utatur ad *προξενίαν* Alcibiadi vindicandam, quod fecit Baehrius et Haitingerum fecisse scribit Schaeferus; nam possunt sane verba in eam sententiam accipi, non recte tamen, ut alius docet eiusdem scriptoris locus libr. V. 43. (*Ἀλκιβιάδης*) *ἠναντιοῦτο ὅτι Λακεδαιμόνιοι διὰ Νικίου καὶ Λάχητος ἔπραξαν τὰς σπονδὰς, αὐτὸν κατά τε τὴν νεότητα ὑπεριδόντες καὶ κατὰ τὴν παλαιὰν προξενίαν ποτὲ οὖσαν οὐ τιμήσαντες, ἣν τοῦ πάππου ἀπειπόντος αὐτὸς τοὺς ἐκ τῆς νήσου αὐτῶν αἰχμαλώτους θεραπεύων διενοεῖτο ἀνανεώσασθαι*: ex eo enim perspicuum est, quod altero loco dicit *προξενίαν — ἀναλαμβάνων* dictum esse de studio *προξενίας* recipiendae et renovandae, non de recepta ac vere renovata. Quare verum quidem arbitror Alcibiadis nomen hoc loco, ut quod librorum fides stabiliat solum resque ut gestae sunt, si *προξενίαν* exceperis, satis commendent, sic tamen existimo, errori obnoxium esse Plutarchum, qui sive Thucydidis loco perperam intellecto, quod nonnunquam ei accidit, sive alia re quacunque deceptus Alcibiadem *πρόξενον* fuisse Lacedaemoniorum tradiderit, aliud docente Thucydidis loco. Sequitur ut dicam de loco Niciae c. IX. *Τούτων οὖν ἅμα*

πεσόντων (*τῶν μάλιστα προςπολεμούντων τῇ εἰρήνῃ τῆς Ἑλλάδος Κλέωνος καὶ Βρασίδου*) *ἐν μάχῃ μιᾷ περὶ Ἀμφίπολιν εὐθὺς ὁ Νικίας παραλαβὼν τοὺς μὲν Σπαρτιάτας ἔκπαλαι τῆς εἰρήνης ὀρεγομένους, τοὺς δ' Ἀθηναίους οὐκέτι τῷ πολέμῳ θαρροῦντας, ἀμφοτέρους δ' οἷον ἐκλελυμένους — ἔπραττεν ὅπως εἰς φιλίαν τὰς πόλεις συναγαγὼν καὶ τοὺς ἄλλους Ἕλληνας ἀπαλλάξας κακῶν καὶ ἀναπαυσάμενος βέβαιον οὕτω τὸ τῆς εὐτυχίας ὄνομα πρὸς τὸν αὖθις χρόνον ποιοῖτο*: ita olim legebatur; quod Cruserius expressit vertendo scribique voluit Reiskius, *ἀναπαύσας*, recepit Schaeferus. Speciosam esse hanc correctionem ut non negamus, ita nihilo minus puto dubitari posse an vera non sit propter locum Thucydidis, quo ita usus est Plutarchus in hac vita, ut et sententias historici atque iudicia in rem suam converterit et vero ipsa eius verba passim transscripserit. Is igitur de eadem re ita: *Νικίας μὲν βουλόμενος* (pacem fieri) *ἐν ᾧ ἀπαθὴς ἦν καὶ ἠξιοῦτο διασώσασθαι τὴν εὐτυχίαν καὶ ἔς τε τὸ αὐτίκα πόνων πεπαῦσθαι καὶ αὐτὸς καὶ τοὺς πολίτας παῦσαι, καὶ τῷ μέλλοντι χρόνῳ καταλιπεῖν ὄνομα ὡς οὐδὲν σφήλας τὴν πόλιν διεγένετο, νομίζων ἐκ τοῦ ἀκινδύνου τοῦτο ξυμβαίνειν — —, τὸ δὲ ἀκίνδυνον τὴν εἰρήνην παρέχειν,* libr. V. 16. cl. Plut. Comp. Nic. c. Crass. III. *ἠγάπησε τὸ καθ' αὑτὸν ἐν ἀσφαλεῖ θέμενος προέσθαι τὸ κοινόν.* Videtur ergo loci Plutarchei haec sententia esse: ut et ceteros Graecos malis liberaret et suis ipsius molestiis ac negotiis fine imposito in posterum felicitatis nomen stabiliret; quamquam malim scribi *αὐτὸς ἀναπαυσάμενος*.

In vita Pelopidae c. XVIII. quod vulgo scriptum

legebatur: *τὸν δ' ἱερὸν λόχον ὥς φασι, συνετάξατο Γοργίδας πρῶτος ἐξ ἀνδρῶν ἐπιλέκτων τριακοσίων, οἷς ἡ πόλις ἄσκησιν καὶ δίαιταν ἐν τῇ Καδμείᾳ στρατοπεδευομένοις παρεῖχε*, poenitet quidem nunc Schaeferum quod Coraen sequutus correxit sic ut scriberet: *οἴκησιν καὶ δίαιταν*, valde blandienti coniectura, consultum tamen videtur vulgatam scripturam tueri sic, ut nemo eam in posterum ignoratione rei, de qua agitur, sit addubitaturus. Id quod duo praestabunt loci; alter Thucydidis libr. V. 67. de selecta illa Argivorum manu: *οἷς ἡ πόλις ἐκ παλαιοῦ ἄσκησιν τῶν εἰς πόλεμον δημοσίᾳ παρεῖχε*, ubi Scholiastes: *δημοσίᾳ ἤσκει αὐτοὺς, ἢ, ὥς τινες, ἐξουσίαν παρεῖχε τοῦ ἀσκεῖν αὐτούς*. Alter est Diodori de eadem re sic scribentis libr. XII. 75. *οἱ Ἀργεῖοι — ἐπέλεξαν τῶν πολιτῶν χιλίους τοὺς μάλιστα νεωτάτους καὶ τοῖς τε σώμασιν ἰσχύοντας καὶ ταῖς οὐσίαις· ἀπολύσαντες δὲ αὐτοὺς καὶ τῆς ἄλλης λειτουργίας καὶ τροφὰς δημοσίας χορηγοῦντες προσέταξαν γυμνάζεσθαι συνεχεῖς μελέτας.* Alius generis error est quem vir doctissimus commisit Sertor. XII. deceptus partim ab interpretibus. Scripta ibi de Sertorio haec sunt: *ἀλλ' ὅμως ἀσθενὴς οὕτω καὶ μικρὸς ἀρξάμενος οὐ μόνον ἐθνῶν ἐκράτησε μεγάλων καὶ πόλεις εἷλε πολλὰς, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀντιστρατήγων Κότταν μὲν ἐν τῷ περὶ τὴν Μελλαρίαν πορθμῷ κατεναυμάχησέ που, Φίδιον δὲ τὸν ἄρχοντα τῆς Βαιτικῆς περὶ τὸν Βαῖτιν ἐτρέψατο δισχιλίους ἀποκτείνας Ῥωμαίων, Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον ἀνθύπατον ὄντα τῆς Ἰβηρίας διὰ τοῦ ταμίου καταγωνισάμενος* — quae duplici laborare vitio non latuit interpretes, quorum quum pro inepto isto *που Φίδιον* alius aliud correxisset, sic tamen, ut nemo verum vi-

deatur assequutus esse, Schaeferus annotavit haec: *Leopoldus Δ ε ί δ ι ο ν. Recte, si vere nititur auctoritate codicum. F. — κ α τ ε ν α υ μ ά χ η σ ε ν, Α ὐ φ ί δ ι ο ν —. Quod Interpres secutus est.* Sed Leopoldi quidem scriptura perdubia est, quippe nulla nisi Anonymi ac Mureti fide commendata, ne illud dicam, tacuisse Schaeferum de inepta ista *που* particula. *Αὐφίδιον* vero istud Hermanni Cruserii interpretis prorsus non exputo, quibus rationibus innitatur, ut temere coniectum arbitrer ab Cruserio nec satis considerate comprobatum a Schaefero. Quid enim? verum hominis nomen esse *Φουφίδιον* idque pro ineptis istis *που Φίδιον* restituendum esse dubio vacat propter locum Sallustii apud Non. Marcell. p. 231. laudatum Dav. Ruhnkenio ad Vellei. Paterc. II. 16. quo de eodem proelio scriptum sic est: *et mox Fufidius adveniens cum legionibus, postquam tantas spiras, haud facilem pugnantibus vadum, cuncta hosti quam suis opportuniora videt —.* Porro ineptissima sunt verba *Δομέτιον δὲ καὶ Λούσιον* vel propter adiecta *ἀνθύπατον ὄντα,* quod quo modo tollerent incommodum incerti fuere interpretes. Leopoldus quidem verba *καὶ Λούσιον* uncis inclusit idque satis habuit Schaeferus verbo significasse; ego non dubito, quin verum viderit Reiskius coniiciens *Δομέτιον Καλουΐσιον*, quae et facilis et certa est correctio propter consensum codicis Monacensis, in quo scriptum exstat: *Δομίτιον δὲ Καλούσιον.*

Leve est, nec tamen praetereundum etiam Caton. min. II. falsum esse quod Schaeferus cum editoribus inde ab Reiskio omnibus scriptum edidit: *καί τις Ποπέδιος Σίλων, ἀνὴρ πολεμικός,* reiecta vulgata nominis scriptura *Πομπαίδιος Σίλλων.* Nimirum Coraen

sequutus loco utitur vitae Marii XXXIII., quo sane hodiernae editiones scriptum praebent *Ποπεδίου Σίλωνος*: sed eius loci fides nulla est, quum in editionibus Reiskiana vetustioribus corrupte scriptum exstet *Ποπλίου Σίλωνος*, ut rectius videantur altero loco usuri fuisse ad corrigendum quod hic scriptum est. Nam quod Xylandrum sequuti nonnulli historicos quosdam Romanos afferunt, sane apud Florum III. 18. scribitur Popedius, Poppedius a Valerio Maximo III. 1. 2., a Livio Epit. LXXVI. et Velleio II. 16. Popaedius, sed *Πομπαίδιος Σίλων* (nam ita legendum est) plane ut Plutarchus etiam Diodorus in Excerpt. Photii libr. XXXVII. T. II. p. 539. Wessel. T. IV. p. 63. Dind. Excerpt. de virt. et vit. p. 612. W. p. 155. D. et in Excerpt. Vatic. p. 118. ed. Maii. 130. Dind. Eadem Schaeferi licentia in mutanda nominum propriorum scriptura cum alibi cernitur, tum in vita Pelopidae ubi et alias formas vel falsas vel suspectas reposuit, et qui *Μέλων* constanti vocatur librorum consensu, eius nomen per duplex λ scripsit, quum Bryanus Coraesque observassent, sic scribi hoc nomen apud Xenophontem. Sed altera a Schaefero damnata nominis forma ut vel ex fausto omine, quod memini *Te* olim, *Hermanne*, praecipere Graecos in nominibus imprimis sequutos esse, aliquid habet commendationis, ita satis firmatur constanti per duplex λ scriptura in libro de genio Socratis, ubi frequens viri mentio fit, et Agesil. XXIV., qui locus et ipse a Schaefero correctus est. Porro ut per se incertissimum est duobus scriptoribus diversam praebentibus unius eiusdemque nominis scripturam uter veram scripturam servaverit, nisi aliae adsunt rationes, ex quibus id

possit diiudicari, ita hic quidem vel propterea Schaeferi illa mutatio magnis obnoxia est dubitationibus, quod ne apud Xenophontem quidem certa est scriptura, si quidem et Hellen. libr. V. 4. 2. libri Parisini duo praebent *Μέλων* et §. 5. *Μέλωνα* enotatum est ex tribus eorumdem librorum, ut etiam paucis, qui relicui sunt, locis Xenophontis suspecta fiat altera forma propter negligentiam, qua constat codicum istorum lectiones annotatas esse. Contrarium vero commisit Schaeferus quod Artaxerx. XX. immutatam reliquit librorum scripturam hanc: *τούτων δὲ γενομένων συμφρονήσας ὁ Ἀρτοξέρξης ὃν τρόπον αὐτοῖς ἐστι πολεμητέον, ἔπεμψεν Ἑρμοκράτην τὸν Ῥόδιον εἰς τὴν Ἑλλάδα χρυσίον πολὺ κομίζοντα, διδόναι καὶ διαφθείρειν τοὺς πλεῖστον ἐν ταῖς πόλεσι δυναμένους κελεύσας καὶ πόλεμον Ἑλληνικὸν κινεῖν ἐπὶ τὴν Λακεδαίμονα. Τοῦ δ' Ἑρμοκράτους ταῦτα πράττοντος* —: hoc igitur quamvis nemo non videat historiae peritior quam perversum sit quum relicui editores tulissent, ne Schaeferum quidem offendit; sed falsum esse multis ac minime dubiis argumentis potest convinci. Xenophon. Hellen. libr. III. 5. 1. *ὁ μέντοι Τιθραύστης καταμαθεῖν δοκῶν τὸν Ἀγησίλαον καταφρονοῦντα τῶν βασιλέως πραγμάτων καὶ οὐδαμῇ διανοούμενον ἀπιέναι ἐκ τῆς Ἀσίας —, ἀπορῶν τί χρῷτο τοῖς πράγμασι πέμπει Τιμοκράτην τὸν Ῥόδιον εἰς τὴν Ἑλλάδα κ. τ. λ.* Plutarchus qui fertur in Apophth. laconic. p. 211. B. *τοῦ δὲ Περσικοῦ νομίσματος χάραγμα τοξότην ἔχοντος ἀναζευγνύων (ὁ Ἀγησίλαος) ἔφη, τρισμυρίοις τοξόταις ὑπὸ βασιλέως ἐξελαύνεσθαι τῆς Ἀσίας· τοσούτων γὰρ εἰς Ἀθήνας καὶ Θήβας κομισθέντων διὰ Τιμοκράτους χρυσῶν δαρεικῶν κ. τ. λ.* adde

Agesil. XV. Pausaniam libr. III. 9. Vel propter has caussas quum dubitari nequeat, quin hic quoque Timocratis Rhodii nomen restituendum sit, vide mihi, *Hermanne*, editorum incuriam, qui apertissimum eius rei indicium praeterviderint aliud. Nimirum quum in codice SG., libro perbono, scriptum deinde sit *τοῦ δὲ Τιμοκράτους ταῦτα πράσσοντος*, nemo de librariorum lapsu dubitabit, etsi suspicari licet, eum, qui codicem illum usurpavit, neglexisse eamdem discrepantiam ad superius nomen annotare, si quidem permagna negligentia eius aliis locis non paucis conspicua est.

Sed satis diximus de Schaeferi opera in Plutarcho posita: quae nescio equidem quo animo alii a me scripta esse existimaturi sint; nonnulli certe me quoque inter obtrectatores illos referre haud dubitabunt: sed hoc scio, *Te*, *Godofrede Hermanne*, qui et animum meum cognitum habeas penitius et ipse veri sis studiosissimus, facile mihi fidem esse habiturum affirmanti, nulla me alia re ad hoc qualecunque iudicium meum *Tibi* significandum esse adductum, quam ut adverterem eos, qui caeca quadam superstitione capti quodcunque magni nominis viris vel placuit vel non displicuit et admirantur creduli et assensu comprobant suo. Ac Schaeferi quidem operam salutarem fuisse Chaeronensi ut supra sum professus, ita hic praedicandum denuo est; eumdem tamen sic functum esse editoris provincia, ut plurima reliquerit aliis retractanda et emendanda, certis mihi videor demonstrasse exemplis, quorum facile erat augere numerum aliis non paucioribus, sed tempori *Tuo* parcendum fuit putabamque quibus haec non sufficerent, eis nihil in hoc genere satis esse futurum. *Tu* vero, *Hermanne*, quoniam tandem finis faciendus est, eadem, qua me soles excipere comitate, accipe leve hoc munusculum: in quo si nonnulla inesse mihi significaveris, quae *Tibi* non displicuerint, tum vero fecisse mihi videbor quod operae esset pretium. Ita vale, magister dilectissime, meque amare perge. Dabam Servestae a. d. VI. Cal. Mart. MDCCCXXXII.

ΠΛΟΥΤΑΡΧΟΥ
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΗΣ.

Edit. Reisk. T. I. Edit. Francof.

CAPUT I.

p. 436 Θεμιστοκλεῖ δὲ τὰ μὲν ἐκ γένους ἀμαυρότερα πρὸς p. 111
437 δόξαν ὑπῆρχε· πατρὸς γὰρ ἦν Νεοκλέους οὐ τῶν

I. 2. *Νεοκλέους*] Amiotus: qui se nommoit *Nicocles*.

I. 1. *τὰ μὲν ἐκ γένους*] intellige commoda, quae ex genere percipiuntur, pro eo, quo quis natus est loco, vel maiora vel minora. Themistocli quidem admodum exigua erant, cf. Comp. Aristid. c. Cat. mai. I. — *Θεμιστοκλεῖ μήτ' ἀπὸ γένους λαμπρῷ καὶ κεκτημένῳ μέτρια, πέντε γὰρ ἢ τριῶν ταλάντων οὐσίαν αὐτῷ γενέσθαι λέγουσιν ὅτε πρῶτον ἥπτετο τῆς πολιτείας* — ubi quod Coraes Vol. II. p. 458. praefert Anonymi scripturam *πέντε γὰρ ἡμιταλάντων* propter Themistocl. XXV. *οὐδὲ τριῶν ἄξια ταλάντων κεκτημένου τοῦ Θεμιστοκλέους πρὶν ἅπτεσθαι τῆς πολιτείας*, v. ibi n., mihi quoque non displicet, etsi nihil est quod damnari iubeat vulgatam scripturam, quum diversae de Themistoclis fortuna exstiterint sententiae, ut non mirum debeat videri, quod Plutarchus altero loco tria vel quinque commemoravit talenta, *οὐδὲ τρία* referens ex Theophrasto dixit altero.

2. *οὐ τῶν ἄγαν ἐπιφανῶν*] i. e. *οὐκ ὄντος τῶν ἄγαν ἐπιφ.*: neque enim cum vv. *ἄγαν ἐπιφανῶν* coniungenda negatio, quod fieri nequit intercedente articulo, etsi ita plerisque aliis locis Plutarchus, v. Ciceron. XLIV. *ἦν δὲ πατρὸς Ὀκταουΐου τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν*. Flamin. XVIII. *ἐξέβαλον ἐκ τῆς βουλῆς τῶν οὐκ ἄγαν ἐπιφανῶν τέσσαρας*. Phocion. XXIV. *ἄνθρωπόν τινα τῶν οὐκ ἐπιφανῶν*. Sed

qui non est τῶν ἐπιφανῶν, non potest continuo dici esse τῶν οὐκ ἐπιφανῶν; contra qui τῶν οὐκ ἐπιφανῶν est, is sane ut est, ita dici potest esse οὐ τῶν ἐπιφανῶν. Eadem ratione explicandus Herodoti locus libr. VIII. c. 125. τῶν ἐχθρῶν μὲν τῶν Θεμιστοκλέους ἐών, ἄλλως δὲ οὐ (ἐὼν) τῶν ἐπιφανέων ἀνδρῶν. Atque apud Thucydidem libr. I. 5. quod legitur: ἡγουμένων ἀνδρῶν οὐ τῶν ἀδυνατωτάτων non recte, mea sententia, explicant qui dictum arbitrantur pro οὐκ ἀδυνατ. i. e. δυνατωτάτων, si quidem haec est verborum sententia: ducibus viris non iis, qui ultimi essent potentia, sed qui non ultimi: haec enim sententia subaudienda est, quod non mirum videbitur ei, qui meminerit, usitatissimum esse Graecis, negare id, cuius contrarium intelligi volunt, v. Hermannus ad Soph. Philoct. v. 349. Omnino vero omnis ista de traiectione negationum opinio vereor ne recta singulis locis adhibita interpretatione multo angustioribus, quam plerumque fit, finibus sit circumscribenda. Nam de consimili loco Thucydideo libr. VIII. c. 100. Μηθυμναίων γὰρ οὐχ οἱ ἀδυνατώτατοι φυγάδες Goellerum quidem non minus arbitror errasse quam de Herodoteo libr. IV. 95. (Ζάμολξις ὡμίλησε) Ἑλλήνων οὐ τῷ ἀσθενεστάτῳ σοφιστῇ Πυθαγόρῃ falsus est Matthiae gr. Gr. p. 861. Scilicet sententiae quidem utrumque non ita magno dicitur discrimine, cavendum tamen est, ne confundamus, quae diverso modo cogitata sunt, quod ego quidem et Matthiaeo puto accidisse l. l. et Popponi in libr. de elocut. Thucyd. p. 303., a quo cum de aliis locis dissentio, tum quod Thuc. III. 57. εἰ περὶ ἡμῶν γνώσεσθε μὴ τὰ εἰκότα dictum putavit pro τὰ μὴ εἰκότα; idem Reiskii est error, qui Lys. de caed. Eratosthen. p. 30. §. 28. οἱ μὴ τὰ δίκαια πράττοντες faciunt quae *non* sunt iusta, annotaverit haec: „possit idem videri atque τὰ μὴ δίκαια: haud ego tamen infitiabor, me hoc malle, praesertim cum a libris quibusdam articulus τὰ absit.“ Multo minus autem probanda videtur Bremii annotatio, qui „Hyperbaton, inquit, negationis ne offendat. Eiusmodi vocabula saepe praecurrunt.“ Sed Bremium quidem multum superavit Haackius haec Thucydidis: οὐ γὰρ ἀφανῆ κρινεῖτε τὴν δίκην τήνδε, ἐπαινούμενοι δὲ περὶ οὐδ' ἡμῶν μεμπτῶν libr. III. 57. dicta putans pro περὶ ἡμῶν οὐ μεμπτῶν. Recte vero Langeus contra Fischerum negationis demonstravit rationem ap. Platon. Crit. p. 47. D. ἐὰν τὸ ὑπὸ τοῦ ὑγιεινοῦ μὲν βέλτιον γιγνόμενον, ὑπὸ τοῦ νοσώδους δὲ διαφθειρόμενον διολέσωμεν πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ, ἆρα βιωτὸν ἡμῖν ἐστὶ, διαφθειρομένου αὐτοῦ; Ceterum, ut hoc addam, non probo qui Thuc. I. 78. βουλεύεσθε οὖν βραδέως, ὡς οὐ περὶ βραχέων dictum putare malunt pro περὶ οὐ βρ., quam expedire sic, ut hic quoque, sicut in omnibus eius generis exemplis, verbum ad negatio-

ἄγαν ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, Φρεαῤῥίου τῶν δήμων

3. Φρεαῤῥίου] vulgo Φρεαρίου. τῶν δήμων] Par. tres Bodl. Vulc. Iunt., probante H. Stephano. Ald. Basil. τῶν δῆμον: vulgo τὸν δῆμον.

nem repetatur, ac multo potius duco eiusdem scriptoris libr. I. c. 141. μάχῃ μὲν γὰρ μιᾷ πρὸς ἅπαντας Ἕλληνας δυνατοὶ Πελοποννήσιοι καὶ οἱ ξύμμαχοι ἀντισχεῖν, πολεμεῖν δὲ μὴ πρὸς ὁμοίαν ἀντιπαρασκευὴν ἀδύνατοι interpretari sic: πολεμεῖν δὲ ἀδύνατοι εἰ μὴ πρὸς ὁμ. δ., quam cum interpretibus dictum putare pro πρὸς μὴ ὁμοίαν. Sed haec ulterius persequi et subtilius est nec huius loci.

3. ἐπιφανῶν] v. Baehr. ad Flamin. p. 121. Fr. Kortuem hist. rerumpubl. gr. p. 14.

Φρεαῤῥίου] correxi quod vulgo legebatur Φρεαρίου, cum quod infra c. II. et V. altera forma enotata est ex cod. Parisino, tum quod ita scribitur ap. Stephanum Byzantinum et Harpocrationem, ubi tamen cod. Vratislav. φρεάριος, quibus idonea accedit auctoritas ex inscriptionibus, v. A. Boeckhii Corp. Inscr. nr. 112. 181. 298. 791 bis. 800. Φρεάριος, non geminata ῥ litera, non reperitur nisi inscr. nr. 255. de qua videndus Boeckhius in addend. p. 882. b. Altera forma defensorem nacta est Io. Meursium de pop. attic. in Gronovii Thes. T. IV. p. 809. De re Stephanus Byz.: Φρέαῤῥοι, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Φρεάρου Ἀθήνησιν ἐπισήμου ἥρωος· ὁ δημότης Φρεάῤῥιος.

τῶν δήμων] vulgo nulla librorum fide τὸν δῆμον. Genitivum ut reconditiorem nuper etiam Schaeferus comprobavit. Utrumque rectum est et sensum redit ad eundem, alia tamen cogitatione mente conceptum. Nam Φρ. τῶν δήμων est: e demis s. demorum, qui Athenis sunt, ex eo, qui est Phr.: Φρ. τὸν δῆμον simpliciter: ex pago Phrearrhio s. ad pagum quod attinet, Phr. Vid. Cimon. IV. Θουκυδίδης μὲν Ἀλμούσιος γέγονε τῶν δήμων, ubi miror Schaeferum cum relicuis interpretibus ex Anon. et Mur. dedisse τὸν δῆμον. Sed multo inconsideratius Pericl. III. τῶν μὲν φυλῶν Ἀκαμαντίδης, τῶν δὲ δήμων Χολαργεύς ex Reiskii correctione editum est τὴν φυλὴν — τὸν δῆμον, idque nunc ipsum intellexisse video Schaeferum annot. p. 348. Aristid. I. φυλῆς μὲν ἦν Ἀντιοχίδος, τῶν δὲ δήμων Ἀλωπεκῆθεν, v. n. Moral. p. 628. C. τοὺς περὶ Ἁρμόδιον Αἰαντίδας ἀπέφαινον Ἀφιδναίους γε δὴ τὸν δῆμον γεγονότας: recte libri τῶν δήμων. H. Stephanus etsi intactum hoc loco reliquit accusativum, recte tamen sensit de genitivo hanc addens observationem: „— Sed cum haec lectio, quae accusativum habet, prima fronte longe melior videatur, ego contra suspectam eam habeo. Alioqui multi ap. Diogenem Laertium

ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς· νόθος δὲ πρὸς μητρός, ὥς λέγουσιν

loci emendandi itidem forent. Nam ut hic legitur Φρ. τῶν δήμων, sic apud illum in Platone: ἦν δὲ τῶν δήμων Κολλυτεύς. itidemque in principio vitae Xenophontis: Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱός, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἐρχιεύς. Sic et de Socrate dicit, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἀλωπεκῆθεν. Quin etiam in principio vitae Speusippi, quum typographicae editiones habeant τῷ μὲν δήμῳ Μυῤῥινούσιος ἦν, in plerisque vet. codd. est itidem ille genitivus τῶν δήμων. Sic vero et in isto Plutarchi loco haec ipsa lectio aliquot exemplarium auctoritate confirmari potest. De hoc autem libenter lectores moneo, ut discant, verum esse, quod alibi dixi, multa esse in Graecis pariter et Latinis scriptoribus (sed in illis tamen praesertim) quae mirari potius, quam emendare oporteat. Non dubito certe, quin in Aldina editione, ubi legitur τῶν δῆμον, ille quidem articulus τῶν sit ex veteris codicis lectione, at δῆμον sit ex emendatione cuiuspiam, qui articulum quidem itidem in τὸν mutaverat, sed nimium incertae typographicarum operarum fidei emendationem illam commiserat.“ Vid. eundem ad Diog. Laert. III. 3.

4. νόθος δὲ πρὸς μητρός] νόθους dici constat civi attico ex uxore non cive natos: falso enim Photius Lex. p. 162. Lips. νόθοι — οἱ μήτε πρὸς πατρὸς μήτε πρὸς μητρὸς πολῖται: quantumvis sic etiam Suidas v. Κυνόσαργες. Qui νόθοι quamquam Solonis quadam lege iure agnationis non fruebantur, v. Aristoph. Av. v. 1657. νόθῳ δὲ μὴ εἶναι ἀγχιστείαν, παίδων ὄντων γνησίων· ἐὰν δὲ παῖδες μὴ ὦσι γνήσιοι, τοῖς ἐγγυτάτω τοῦ γένους μετεῖναι τῶν χρημάτων: civitatis tamen honore ac dignitate ante Periclem non fuisse exclusos, ipse documento est Themistocles, omninoque exiguum tum fuerit necesse est civium γνησίων ac νόθων discrimen, quum Themistocles tam facili opera sustulerit, si vera rettulit Plutarchus. A Pericle demum lata lex est, μόνους Ἀθηναίους εἶναι τοὺς ἐκ δυοῖν Ἀθηναίων γεγονότας, Plut. Pericl. XXXVII. Aelian. V. H. VI. 10. cf. C. Fr. Hermannus in libro quem scripsit de antiq. gr. p. 222. qui de hac quoque re bene iudicavit. Ceterum rem ipsam, quae hic de Themistocle narratur, sibi non credibilem videri paucis significavit G. Wachsmuthius in libr. de antiq. gr. Vol. II. p. 31. iterumque Vol. IV. p. 56. et sic Fr. V. Fritzschius comment. de Daetalens. Aristoph. p. 27. Ex eodem, quo Plutarchus, fonte sua hausit Athenaeus XIII. p. 576. C. et Aelianus V. H. XII. 34. Θεμιστοκλῆς Θρᾴττης υἱὸς ἦν καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἀβρότονον, eam-

438 Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
Τὸν μέγαν Ἕλλησιν φημὶ Θεμιστοκλέα.
Φανίας μέντοι τὴν μητέρα Θεμιστοκλέους οὐ Θρᾷτ-

6. Θρήϊσσα] sic correctum est ex Athenaeo XIII. p. 576. c. et Anthol. Pal. Vol. I. p. 395. Vulgo Θρῆσσα. — Par. θρῆσα (σ superscr.). γυνὴ] Vulc. γενόμην. γένος] in Antholog. l. l. est πέλον. 7. Ἕλλησιν] edd. vett. ἕλλησι. φημὶ] Athenaeus l. l. φασί.

demque famam Plutarchus sequitur Moral. p. 753. D.

6. Ἀβρότονον] Ἀβρότονον μὲν corr. Aemilius Portus ap. Coraen T. I. p. 481. Nempe legebat Θρῆσσα. Athenaeus l. l. οὐ καὶ αὐτὸς Θεμιστοκλῆς ἐξ ἑταίρας ἦν γεγενημένος ὄνομα Ἀβροτόνου; ὡς Ἀμφικράτης ἱστορεῖ ἐν τῷ περὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν συγγράμματι

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ γένος· ἀλλὰ τεκέσθαι
τὸν μέγαν Ἕλλησιν φασὶ Θεμιστοκλέα.

Prior versus quum in Anthol. Palat. Vol. I. p. 395. scriptus sit hoc modo:

Ἀβρότονον Θρήϊσσα γυνὴ πέλον· ἀλλὰ τεκέσθαι —

rectior ea scriptura visa est Schweighaeusero ad Athenaeum l. l. iussitque hic quoque sic scribi vir quidam doctus qui editionis meae huius vitae minoris censuram egit in Diurn. Ienens. a. 1831. Nr. 248., motus cum scriptura ista Vulcobii, quem male dicit Vulcanium, tum non ferendum ratus defectum verbi finiti, sive id εἰμὶ sit seu ἦν, sive sit aliud. Sed de glossa Vulcobiana nemo dubitabit, qui indolem istarum lectionum cognitam habet; verbi autem defectum si quis aegre ferat, conferat Anthol. Pal. Vol. I. p. 453.

πέτρος ἐγὼ τὸ πάλαι γυρὴ καὶ ἄτριπτος ἐπιβλῆς·
τὴν δ' Ἡρακλείτου δ' ἔνδον ἔχω κεφαλήν.

ibid. p. 407.

ὄμνυμεν ἀῤῥήτου δέμνια Περσεφόνης
παρθένοι ὡς ἔτυμον καὶ ὑπὸ χθονί.

et quod ibi confert Fridericus Iacobsius Vol. II. p. 770. Κόγχος ἐγὼ, Ζεφυρῖτι, παλαίτερος: plura eiusdem generis cum ex Anthologia tum aliunde depromere facile esset, nec tamen magnae necessitatis. Hoc autem vix opus est ut addam, non incredibile esse, veram eius, qui hoc epigramma scripsit, manum exstare in Anthologia, unde non sequi continuo Plutarchum quoque sic scripsisse, praesertim consentiente Athenaeo, patet ex iis, quae et alibi et in Praef. ad Aristid. et Cat. mai. p. XIX. sqq. dicta sunt.

8. Φανίας] Phanias, Aristotelis auditor, ab oppido natali Eresius, Lesbius vero ab insula natali dictus est: laudantur eius libri aliquot περὶ ποιητῶν et περὶ Σωκρατικῶν: verba sunt

ταν, ἀλλὰ Καρίνην, οὐδ' Ἀβρότονον ὄνομα, ἀλλ' Εὐτέρπην ἀναγράφει· Νεάνθης δὲ καὶ πόλιν αὐτῇ τῆς Καρίας Ἁλικαρνασσὸν προστίθησι. Διὸ καὶ

11. Διὸ] Par., vulgo Δι' ὅ.

Ionsii de scriptor. hist. phil. p. 97. Plura eius scripta recenset Vossius de histor. gr. p. 49. Cf. Iac. Brucker. hist. phil. T. I. p. 856. sq. Phaniam auctorem Plutarchus memorat etiam c. VII. et XIII. ubi ἀνὴρ vocatur φιλόσοφος καὶ γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν, ac Solon. XIV. et XXXII. Moral. p. 422. C. ubi vulg. Αἰρέσιος. Quae nuper de hoc scriptore disputata sunt, iis uti non potui.

10. Νεάνθης] Suidas: Νεάνθης, κυζικηνὸς ῥήτωρ, μαθητὴς Φιλίσκου τοῦ Μιλησίου. Floruit Ptolemaei Philadelphi tempore, v. Ionsius l. l. p. 157. Vossius p. 98. ac de scriptis eius Harlesius ad Fabric. bibl. gr. I. p. 684. Rei, quae hic auctore narratur Neanthe, mentio facta in Ἑλληνικοῖς eius, v. Athenaeus l. l. Νεάνθης δ' ὁ Κυζικηνὸς ἐν τῇ τρίτῃ καὶ τετάρτῃ τῶν Ἑλληνικῶν ἱστοριῶν Εὐτέρπης αὐτὸν εἶναί φησιν υἱόν. In eodem igitur libro probabile est scripta fuisse quae infra c. XXIX. de urbibus traduntur ab Persarum rege Themistocli donatis. Aliud eiusdem Neanthis scriptum, nescio an alia praeterea auctoritate notum, memoratur Moral. p. 628. B. Νεάνθη τὸν Κυζικηνὸν ἔφη λέγειν ἐν τοῖς κατὰ πόλιν μυθικοῖς, ὅτι τῇ Αἰαντίδι φυλῇ γέρας ὑπῆρχε τὸ μὴ κρίνεσθαι τὸν αὐτῆς χόρον ἔσχατον.

11. Διὸ] spectat ad verba νόθος δὲ πρὸς μητρός. Dubitatur autem utrum disiunctim scribendum sit δι' ὅ, an uno vocabulo διό. Postremum praetuli cum quod bonorum Plut. codd. auctoritas ei rationi, quantum observavi, videbatur patrocinari, tum commendante eiusdem generis composito διότι, quod nusquam scriptum vidi δι' ὅτι. Quod vero Schaeferus ad Demosth. Vol. III. p. 550. cl. ad Plut. T. I. p. 187. 24. et p. 256. 4. alio accentu διό, alio δι' ὅ iubet pronuntiari, id ego vereor ne subtilius quam verius excogitatum sit, ac quod simile pronuntiationis discrimen idem observat inter ὅταν et ὅτ' ἄν, ὁπόταν et ὁπότ' ἄν, ego ibi tantum agnosco, ubi plene scribitur ὁπότε ἄν, ὅτε ἄν vel aliud interpositum est vocabulum. Cum διό utiliter comparas Germanica *deshalb*, *weshalb*, similia; quae ubique eodem modo scribuntur. Longius tamen Schaefero progressus H. Stephanus ad c. VII. vel ad sensum aliquid contendit interesse disiunctimne scribatur δι' ὅπερ, an coniunctim διόπερ: ibi vero, quantum equidem intelligo, vis aliqua insignior non inest in disiunctione, sed in περ particula.

τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δ' 112
ἔστιν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖ-

12. εἰς Κυνόσαργες] Vulc. addit τό. συντελούντων] Bodl. 1. 2. τελούντων.

12. εἰς Κυνόσαργες] articulum addit Vulc., quo hic quidem non opus est. De gymnasio cf. Herodot. V. 63. ibi Valcken. Photius s. v.: Κυνόσαργες ἕν τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων καὶ ἱερὸν Ἡρακλέους κατ' αἰτίαν τοιαύτην· Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ, εἶτα κύων λευκὸς παρὼν ἥρπασε τὸ ἱερεῖον καὶ ἀπέθετο εἴς τινα τόπον· ὁ δὲ περιδεὴς ἦν· ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον οὗ τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο ὁ κύων Ἡρακλέους βωμὸν ὀφείλει ἱδρύσασθαι, ὅθεν ἐκλήθη Κυνόσαργες· ἐπειδὴ οὖν καὶ ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐτελοῦντο, οἱ μήτε πρὸς πατρὸς μήτε πρὸς μητρὸς πολῖται: quae postrema falsa esse supra annotavimus. Similia v. in Bachmanni Anecdot. p. 211. et 284. cl. Fischer. ad Aeschin. diall. p. 108. De proverbiali quadam dictione, quae inde originem duxit ac de accentu vocabuli v. Eustath. ad Odyss. p. 75 et p. 525. Basil. De situ Cynosargis ac nomine docte egit Fr. V. Fritzschius l. l., quem tamen miror aliquid tribuisse Photio Suidaeque etiam τοὺς μήτε πρὸς πατρὸς μήτε πρὸς μητρὸς πολίτας eo se conferre solitos esse narrantibus: nam eos quidem, quod ego sciam, non comprehendit νόθου vocabuli vis et significatio.

συντελούντων] συντελέω, quod vocabulum videri potest fortassis innuere eos sacrificandi causa eo convenisse. Nam et gymnasium fuit Cynosarges et templum Herculis et lucus ei circumiectus, ut etiam Liv. lib. XXXI. [c. 24.] testatur. Suidas quidem ibi exercitatos fuisse scribit, idque etiam Plutarchus videtur sensisse. Xylander. Sed συντελεῖν εἰς Κυνόσαργες, quod Plutarchus etiam in Amatorio dixit initio, dictum ea vi, qua εἰς τοὺς νόθους συντελεῖν Demosthenes dixit in Aristocrat. 214. 1. Bekk. τὸν Χαρίδημον τοῦτον αὐτόν, ᾧ μήτηρ μὲν ὑπάρχει πολῖτις ἐκεῖ, πατὴρ δὲ οὐκ ἐρῶ τίς ἢ πόθεν — ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ, καθάπερ ποτὲ ἐνθάδε εἰς Κυνόσαργες οἱ νόθοι: qui locus non fugit Fritzschium p. 28. Conf. Schneiderum in Lex. v. συντελεῖν.

13. ἔξω πυλῶν] ἔξω pro ἐκτὸς dictum, ut saepe εἴσω pro ἔνδον, optimorum exemplo scriptorum, v. Lobeck. ad Phryn. p. 127. sq. Ceterum in hac similibusque dictionibus loquendi usus tulit articuli omissionem, si quidem adverbium ita coalescit cum genitivo nominis, utrumque ut unam efficiat notionem. Vid. Aristoph. Av. v. 497. ἔξω τείχους, quo

νος οὐκ ἦν γνήσιος ἐν θεοῖς," ἀλλ' ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν) ἔπειθέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων καταβαίνοντας εἰς τὸ Κυνόσαργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ· καὶ τούτου γενομένου δοκεῖ πανούργως τὸν τῶν νόθων 439
καὶ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. Ὅτι μέντοι τοῦ Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε δῆλός ἐστι· τὸ γὰρ

17. εἰς τὸ Κυνός.] Par., vulgo εἰς Κυνός. 20. δῆλός ἐστι] Par. et Vulc., vulgo δῆλόν ἐστι.

loco utitur P. Elmsleius ad Acharn. v. 179. Thuc. IV. 92. τὸν ἔξω ὅρων προαπατῶντα: II. 12. ἐκέλευον ἐκτὸς ὅρων εἶναι: VIII. 67. ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω πόλεως, sic libri optimi. Diodor. Sic. XII. 66. παρεδέξαντο τοὺς Ἀθηναίους ἐντὸς τειχῶν.

κἀκεῖνος — οὖσαν] Pisthetaerus ad Herculem ap. Aristoph. Av. v. 1649. νόθος γὰρ εἶ κοὐ γνήσιος: cui Hercules: ἐγὼ νόθος; τί λέγεις; tum rursus ille: σὺ μέντοι νὴ Δία ὤν γε ξένης γυναικός.

14. ἐνείχετο] vim vocabuli exposuit Stallbaumius ad Platon. Crit. p. 52. A.

17. εἰς τὸ Κυνόσαργες] recipiendus erat articulus facta in praegressis eiusdem loci mentione, atque huc suspicor pertinere quod supra in Vulc. esse scribitur εἰς τὸ Κυνός.

19. Ὅτι μέντοι] μέντοι refertur cum ad totam praecedentem sententiam, tum potissimum ad vv. τὰ μὲν ἐκ γένους etc.

20. Λυκομιδῶν] Nolui amplius retinere vulgatam nominis formam Λυκομηδῶν, quam primus in suspicionem vocavit Ioannes Meursius lectt. attic. libr. II. c. 19. ubique restitui iubens alteram per ῐ formam, consentiente I. Albertio ad Hesych. T. II. p. 508. Quos contra qui genuinam nominis formam habet alteram Franciscus Passovius ad Musaeum p. 52. sqq., argumento utitur hoc, quod nusquam per omnem antiquitatem eiusmodi memoretur nomen, ad quod recte haec forma possit referri, Lycomedis vero nomine, a quo ductam arbitratur formam alteram, nihil sit notius, quam in rem cum alios quosdam affert locos, tum auctores adhibet P. Wesselingium ad Diodor. Sic. XV. 67. et I. G. Schneiderum ad Xenoph. Hellen. VI. 5. 4. Sed ea ratione vereor equidem ne nihil profecerit Passovius, quamvis assentientem sit nactus C. O. Muellerum dissert. de Minerv. Pol. sacr. p. 44. Nam quod locos congessit, quibus nominis istius fit mentio, fecit quod nihil plane ad rem pertineret, si quidem hoc potius probandum erat, omnem familiam dictam esse eo nomine, ita quidem,

Φλυῆσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινόν,

21. Λυκομιδῶν] vulgo Λυκομηδῶν.

ut id esset pro patronymico, quod nec probavit Passovius, nec potuit, quantum intelligo, probare. Namque et hoc sine exemplo est, et quod inde consequitur, singulos quosque ex ea familia eo nomine fuisse insignes, recedit a consuetudine Graecorum, apud quos constat eum plerumque fuisse morem, ut filii avorum nominibus nuncuparentur, v. Fr. G. Sturzii comment. IV. de nominibus Graec. p. 11. sq. Ez. Spanhemius ad Aristoph. Nub. v. 65., ut illud quidem apertum sit, istam per η̄ formam, quae formae patronymicae sit instar, omni ab usu auctoritate carere. Nec multo meliore commendatur librorum scriptorum fide. Nam qui praeter Plutarchum et Pausaniam huius gentis mentionem fecit Hesychius, eam, quam nos tuemur formam agnoscit unice, Λυκομίδαι, inquiens, γένος ἰθαγενῶν. Pausaniae vero omnibus in locis, qui sunt libr. IV. 1. 5. et 7. lib. IX. 27. 2. et 30. 2. I. Bekkerus ex codice suo restituit formam per ῑ, quintum quemdam locum, qui est libr. I. 22. 7., quo codex alteram scripturam retinet, correxit de suo. Itaque nihil iam restat formae per η̄ praesidii, nisi unus hic Plutarchi locus, quem comparatum cum locis reliquis quis dubitet suspectum habere, praesertim quum ad hunc diem paucissimi eius scriptoris codd. manuscripti sint collati? Accedit inscriptionum auctoritas, quarum quae est apud Boeckhium nr. 386. p. 443. Corpor. inscr. omnem, si qua reliqua est, tollit dubitationem, paucisque hanc formam ipse ibidem commendavit Boeckhius p. 441. Difficilius est de forma ipsa dicere, quum talia nomina, quorum forma patronymica possit haberi, *Lycomus* vel *Lycomis*, non videantur in usu fuisse, ut ego quidem nullam viam relictam esse videam, qua formae ratio et origo explicetur, quam hanc, ut decurtata existimetur esse ex plena et legitima altera Λυκομηδίδαι per brevitatis studium Graecis admodum familiare, quam et Hermanni olim mihi significatam memini esse suspicionem et satis approbant exempla quae Matthiae attulit gr. Gr. p. 214. Vol. I. Hom. Il. IV. v. 488. Ἀνθεμίδης pro Ἀνθεμιωνιάδης, Herodot. V. 92. Ἠετίδης pro Ἠετιωνιάδης aliaque, quamquam illa etiam aliam admittunt explicationem, de qua post Tib. Hemsterhusium ad Schol. in Aristoph. Plut. p. 207. dictum ab L. C. Valckenario ad Herodot. libr. V. 92., neque inutiliter conferas, quae de eiusmodi formis a poetis decurtatis scribit Etymologus p. 210. 11. Librarios autem arbitror genuinam nominis formam ut alibi, sic hoc loco depravasse cum propterea, quod idoneam eius explicationem non haberent, tum quod pervulgato Λυκομήδους nomine in errorem

ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν βαρβάρων αὐτὸς ἐπεσκεύασε καὶ γραφαῖς ἐκόσμησεν, ὡς Σιμωνίδης ἱστόρηκεν.

inducerentur. Ceterum de Lycomidis C. O. Muellerus l. l. p. 11: „Lycomedae, ad quos Themistoclem pertinere certum est, privata quaedam antiquitus habuerunt initia et sacellum in Attica: sed iidem quum Hipponicorum gens interiisset, munus daduchorum in se recepere. Eoque, qui antea *orgeones* tantum erant, nunc *publici sacerdotes* facti sunt.“ Stemma gentis v. ap. eundem p. 44. sq. et Boeckh. l. l.

ὅτι μετεῖχε — δῆλός ἐστι] haec lectio ante me repudiata Schaefero quoque non improbabilis visa est; vulg. *δῆλόν ἐστιν*, quod correctoris est, qui alterum adiectivi usum ignoraret. Eum vero cum Schaeferus aliquot exemplis adstruxit, tum confirmabunt hi loci. Aristoph. Pac. v. 987. *δῆλός ἐσθ' οὗτός γ' ὅτι ἐναντιώσεταί τι ταῖς διαλλαγαῖς.* Xenoph. Cyrop. I. 4. 2. *δῆλός τε ἦν πᾶσιν ὅτι ὑπερεφοβεῖτο.* Oeconom. VII. 8. *εὔδηλος ἦν ὅτι οὐκ ἀμελήσει τῶν διδασκομένων.* Anabas. V. 2. 26. *δῆλοι ἦσαν ὅτι ἐπικείσονται ἐπὶ τῇ ἐξόδῳ*, ubi v. Kruegerus. Plut. Lysandr. XII. *ὅτι μὲν οὖν εὐγνωμόνων ὁ Δαΐμαχος ἀκροατῶν δεῖται, δῆλός ἐστιν*, ubi eadem, quae h. l., iisdem verbis repetiit Schaeferus. Alcibiad. XXXV., ut hoc addam, ex codd. scribendum: *αὐτὸς μὲν οὖν ἦν εἶχε διάνοιαν περὶ τῆς τυραννίδος ἄδηλός ἐστιν*, vulgo *ἄδηλον*. Item pertinet hic usus ad *ὡς* particulam, ut fallatur Reiskius de Moral. p. 115. E., v. Schaef. ad Greg. Cor. p. 531. Fr. Iacobsius ad Xen. Anabas. I. 5. 9. Car. Foertschius in Observ. crit. in Lys. p. 24.

τὸ γὰρ Φλυῆσι τελεστήριον] *Φλύα* demus erat tribus Cecropidis, v. Harpocration ac Suidas s. v. Quorumnam deorum sacra ibi fuerint Pausanias refert libr. I. 31. 4.; hic quidem Cereris sacra videntur intelligenda esse, v. eumd. libr. IV. 1. 5. Passov. ad Mus. p. 53. cl. Mueller. de Minerv. Pol. sacr. p. 44.

23. *Σιμωνίδης — ἱστόρηκεν*] De Simonide, Leoprepis filio, poeta aetatis suae nobilissimo haec dicta esse certum est. Videtur autem Simonides in aliquo epigrammate de ea re scripsisse, fortasse in laudem Themistoclis composito, qualia amicis suis poetam scripsisse aliunde constat. Ceterum mirabiliter Heerenius in libro scripsit de fontibus et auctor. vitt. Plut. p. 46. „quantis enim laudibus, inquit, Simonides celebraverit Themistoclem in Plutarcho legimus,“ afferens in eam rem et h. l., et quae infra c. XV. de pugna Salaminia Simonidis laudantur dicta. Qui pluribus de poeta edoceri cupiat conferat Dukeri dissertat. de Simonide editam a. MDCCLXVIII. Trai. ad Rhen.

CAPUT II.

Ἔτι δὲ παῖς ὢν ὁμολογεῖται φορᾶς μεστὸς εἶναι καὶ τῇ μὲν φύσει συνετὸς, τῇ προαιρέσει δὲ μεγαλοπράγμων καὶ πολιτικός. Ἐν γὰρ ταῖς ἀνέσεσι καὶ σχολαῖς ἀπὸ τῶν μαθημάτων γενόμενος οὐκ ἔπαιζεν οὐδ᾽ ἐρραθύμει, καθάπερ οἱ λοιποὶ παῖδες, ἀλλ᾽ εὑρίσκετο λόγους τινὰς μελετῶν καὶ συνταττόμενος πρὸς ἑαυτόν. Ἦσαν δ᾽ οἱ λόγοι κατηγορία τινὸς ἢ συνηγορία τῶν παίδων. Ὅθεν εἰώθει

II. 5. *ἐρραθύμει*] edd. vett. *ἐραθύμει*. *οἱ λοιποὶ*] legitur etiam *οἱ πολλοί*. *H. Stephanus.*

II. 1. *φορᾶς μεστὸς εἶναι*] *φορὰ* ut *ὁρμὴ* et de animi et de corporis vehementia, impetu ac fervore dicitur: v. C. Fr. Herm. ad Lucian. de conscr. hist. p. 280.

2. *συνετὸς*] Aristot. magn. mor. I. 35. *ὁ γὰρ συνετός που λέγεται τῷ δυνατὸς βουλεύεσθαι· καὶ ἐν τῷ ὀρθῶς τι κρῖναι καὶ ἰδεῖν περὶ μικρόν* [*μικρῶν* scr.] *τε καὶ ἐν μικροῖς ἡ κρίσις αὐτοῦ. Ἔστιν οὖν ἡ σύνεσις καὶ ὁ συνετὸς μέρος τι φρονήσεως καὶ τοῦ φρονίμου καὶ οὐκ ἄνευ τούτου.* Themistoclis *σύνεσις* celebratissima, v. Thuc. I. 74. Plut. Cim. V. de fort. Alex. p. 343. A. Lucian. Demosth. Encom. 37. Diod. Exc. Vatic. p. 124. Dind. all.

4. *ἀπὸ τῶν μαθημάτων γενόμενος*] sic *ἀπὸ* infra XIX. Num. XIV. Anton. LVII. Diodor. XI. 26. et saepe alibi. V. Schweighaeus. Lex. Polyb. s. v. *γενόμενος*] *οὐθ᾽ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἐσημειώσαντο γραπτέον εἶναι κἀγὼ παρημέλησα γράφειν, γινόμενος, κατ᾽ ἐνεστῶτα. Coraes.* Facilis mutatio, nec tamen necessaria, immo vulgata scriptura deterior; aoristi vis haec est: *otium nactus*, praesentis: *quum s. quoties otium nancisceretur.* Idem valet de loco Caton. mai. I. *ᾧ* (*θεράποντι*) *λέγεται μηδέποτε δυςκολᾶναι μηδὲ μέμψασθαι παραθέντι ἄριστον ἢ δεῖπνον, ἀλλὰ καὶ συλλαμβάνειν αὐτὸς τὰ πλεῖστα καὶ συμπαρασκευάζειν ἀπὸ τῶν στρατιωτικῶν γενόμενος ἔργων*, ubi itidem Coraes corr. *γινόμενος*: cf. ad c. XVIII.

8. *Ὅθεν εἰώθει λέγειν ὁ διδάσκαλος ὡς*] *ὡς* dictum ea vi, qua alibi *ὅτι*. Qui particulae usus rarior est nec reperitur, si recte observavi, apud Thucydidem, Xenophontem aliosque melioris notae scriptores, a quibus qui recentiore aetate scripserunt multum in elegantia usus huius particulae recesserunt. Ego quidem praeter Plu-

λέγειν ὁ διδάσκαλος ὡς „Οὐδὲν ἔσῃ, παῖ, σὺ μι-

9. *παῖ*] Bodl. 1. 2. *ὦ παῖ.*

tarcheos aliquot non habeo nunc nisi unum alterumve Diodori locum quo sic posita sit particula: alter est libr. XI. c. 6. *τὸν δὲ Δημάρατον εἰπεῖν φασὶν ὡς, οὐδ' αὐτὸς σὺ τὴν ἀνδρείαν τῶν Ἑλλήνων ἀγνοεῖς:* alter in Exc. Vatic. p. 26. Rom. 28. Dind. *τοῦ δὲ μετὰ γέλωτος ἀποκριθέντος ὡς, τὰ σὰ χρήματα διαρπάζουσι.* Ex Plutarcho vid. Artax. XIV. *καὶ λέγειν ἐκέλευσεν τοὺς διδόντας ὡς, τούτοις σε τιμᾷ ὁ βασιλεύς.* Moral. p. 342. C. *ὥστε τοὺς ξένους — λέγειν ὡς, ὁ παῖς οὗτος βασιλεὺς μέγας, ὁ δὲ ἡμέτερος πλούσιος*, quamquam is locus etiam aliter potest intelligi. Ibid. p. 869. F. — *Ξέρξην προειπεῖν ὡς, οὐχ οἷοί τε πολὺν χρόνον ἔσονταί τοι ἀντέχειν οἱ Ἕλληνες.*

9. *οὐδὲν ἔσῃ, παῖ, σὺ μικρὸν*] *ὦ παῖ* Bodleianorum primi et secundi scriptura et Schaefero placuit neque improbabitur fortasse aliis. Ac profecto ferri potest utrumque, nudum tamen istud *παῖ* mihi quidem et aptius dictum videtur et paullo rectius, quum alterum nulla nisi corruptissimorum librorum fide sit stabilitum. Omnino autem etsi magna est scriptorum in hoc usu inconstantia, aucta illa magis etiam librorum partim fluctuatione partim corruptela, nego tamen vere Bornemannum ad Xenoph. Conviv. IV. 53. observasse, perinde esse, addaturne vocativo *ὦ* an omittatur. Nam quamquam diversa est diversorum scriptorum ratio ac plurimis in locis prouti verba pronuncientur aptum est utrumque, sunt tamen alii, in quibus alterum flagitat res ipsa, altero uti vetat. Ac primum quidem *ὦ* addi constat ubi quis benevole aliquem appellat: simplicis vocativi, non adiecto *ὦ*, usus est duplex. Ponitur enim, quamquam rarius, et in amica benevolentique appellatione, ut octies positum est a Sophocle in Philocteta, quos locos collegit Hermannus in ann. ad v. 79., plerumque in maiore animi motu, v. idem ad Eurip. Ion. v. 1121., et vero ubi quis graviter aliquem exhortatur vel increpat et minitatur, v. eiusdem ann. ad Aiac. v. 1133. et ad Aristoph. Nub. v. 411. Quae si vera sunt, consequitur, in amica appellatione locum habere utrumque, in increpatione autem et obiurgatione constanter poni simplicem vocativum, quem usum apud nos quoque licet observare. Iam quod ad h. l. attinet, non negaverim equidem, poni potuisse utrumque, sed quum nec codd. satis idonea sit auctoritas et verba hominis sint graviter loquentis et velut vaticinantis, mihi quidem placuit additamentum istud omittere. Ceterum locis illis Sophocleis accedat locus Plutarchi Artax. XV. *ἐπεὶ δ' εἰς τὸ πίνειν ἀφίκοντο, λέγει πρὸς αὐτὸν ὁ μέγιστον δυνάμενος τῶν Παρυσάτιδος εὐνούχων· ὡς καλὴν μὲν ἐσθῆτά σοι ταύ-*

κρὸν, ἀλλὰ μέγα πάντως ἀγαθὸν ἢ κακόν.“ Ἐπεὶ καὶ τῶν παιδεύσεων τὰς μὲν ἠθοποιοὺς ἢ πρὸς
440 ἡδονὴν καὶ χάριν ἐλευθέριον σπουδαζομένας ὀκνηρῶς καὶ ἀπροθύμως ἐξεμάνθανε, τῶν δὲ εἰς σύνεσιν ἢ πρᾶξιν λεγομένων δῆλος ἦν οὐχ ὑπερορῶν παρ' ἡλικίαν ὡς τῇ φύσει πιστεύων. Ὅθεν ὕστερον ἐν ταῖς ἐλευθερίοις καὶ ἀστείαις λεγομέναις

12. ἡδονὴν] Par. Bodl. 1. 2. 3. edd. vett. et Amiot. Vulgo ἡδονήν τινα. 13. δὲ εἰς] inde ab R. editur δ' εἰς. 14. ἢ πρᾶξιν] Bodl. 1. 2. ἢ καὶ πρ. οὐχ] om. Par. et Bodl. tres. 16. ἐλευθερίοις] sic Vulc., qui et alteram scripturam ἐλευθερίαις annotavit, et sic Par. Vulgo ἐλευθέραις.

την, Μιθριδάτα, ὁ βασιλεὺς δέδωκε: ubi non probo quod Schaeferus de coniectura sua edidit ὦ Μιθρ., etsi idem in sequentibus ipse adiecit Plutarchus, sed multo minus, ut hoc addam, eiusdem Schaeferi probo iudicium, quo Coriol. XXXVII. θεοφίλῳ με θεσμῷ γυναῖκες δεδώκατε scribendum coniecerit ὦ γυναῖκες, v. Dionys. Halic. Antiq. Rom. VIII. 56. T. III. p. 1640. R. ὁσίῳ πόλεως νόμῳ, γυναῖκες γαμεταί, δεδώκατέ με, cl. Valer. Max. I. 8. 4. Rite me, matronae, dedicastis.

10. Ἐπεὶ] *si quidem, nam*, saepe sic ponitur initio sententiae, v. Wyttenb. ad Mor. p. 310. sq. Oxon.

11. παιδεύσεων] tria maxime erant μαθήματα ἐλευθέρια, quibus apud Graecos pueri solebant instituì, *literae, musica, gymnastica*, quibus post accessit *pictoria*: v. Aristot. Politic. VIII. 3. εἰσὶ δὲ τέτταρα σχεδὸν ἃ παιδεύειν εἰώθασι, γράμματα καὶ γυμναστικὴν καὶ μουσικὴν καὶ τέταρτον ἔνιοι γραφικήν: cf. Wyttenb. ad Moral. p. 37. sq. Oxon. Haec μαθήματα ita habita esse *liberalia*, si non ad quaestum, sed ad ingenium corpusque formandum referrentur laudato Aristotele Polit. VIII. 1. idem observavit Wyttenbachius p. 66.

14. δῆλος ἦν οὐχ ὑπερορῶν παρ' ἡλικίαν ὡς τῇ φύσει πιστεύων] non placuit haec oratio Reiskio; sed vere Coraes: ἡμεῖς δὲ κατὰ χώραν ἐάσαντες τὴν γραφὴν ὑπολαμβάνομεν τὸν Πλούταρχον πρὸς τὸ νοούμενον μᾶλλον συνώνυμον τῆς ἀποφατικῆς φράσεως ἀπαντῆσαι· τοῦτο δ' ἦν τὸ, Ἐπιμελούμενος. Οὗ γάρ τις οὐχ ὑπερορᾷ, τούτου πάντως ἐπιμελεῖται. Ἔστιν οὖν ὁ νοῦς, δῆλος ἦν παρ' ἡλικίαν ἐπιμελούμενος τῶν — λεγομένων, ὡς πιστεύων τῇ φύσει.

16. ἐν ταῖς ἐλευθερίοις — διατριβαῖς] dubium potest videri, utrum id, quod posui,

διατριβαῖς ὑπὸ τῶν πεπαιδεῦσθαι δοκούντων χλευαζόμενος ἠναγκάζετο φορτικώτερον ἀμύνεσθαι λέγων, ὅτι λύραν μὲν ἁρμόσασθαι καὶ μεταχειρίσασθαι ψαλτήριον οὐκ ἐπίσταται, πόλιν δὲ μικρὰν καὶ ἄδοξον παραλαβὼν ἔνδοξον καὶ μεγάλην ἀπεργάσασθαι. Καίτοι Στησίμβροτος Ἀναξαγόρου τε

18. ἀμύνεσθαι] ita Par. et Coraes ex coniectura; vulgo ἀμύνασθαι.

an ἐλευθερίαις sit praeferendum, an vero servanda vulgata scriptura ἐλευθέραις. Postremum abieci propter usum Plutarchi, qui, nisi fallor, constanter hac sententia forma in —ιος utitur, nam Alcibiad. II. ἐλευθέρων διατριβῶν corrigendum puto cum Schaefero. Alteram formam commendat Sympos. VII. 5. p. 706. B. ταύταις δὲ ταῖς ἐλευθερίαις λεγομέναις περὶ ὦτα καὶ ὄμματα φιλομούσοις καὶ φιλαύλοις μουσομανίαις κ.τ.λ., et sic Xenoph. Sympos. VIII. 16. dixit μορφῇ ἐλευθερίᾳ, v. ibi Bornemannus. Sed multo usitatior Plutarcho forma generis communis: sic in praegressis χάριν ἐλευθέριον dixit, et Lucull. I. τὴν ἐμμελῆ ταύτην καὶ λεγομένην ἐλευθέριον ἐπὶ τῷ καλῷ ἐποιεῖτο παιδείαν. Romul. VI. ἐχρῶντο δὲ διατριβαῖς καὶ διαίταις ἐλευθερίοις, οὐ τὴν σχολὴν ἐλευθέριον ἡγούμενοι καὶ τὴν ἀπονίαν, ἀλλὰ — alia exempla v. in annot. Wyttenb. ad Mor. p. 65. Oxon.

ἀστείαις] *urbanis*, v. Leonardus Usterius ad Consol. ad Apollon. p. 74.

17. ὑπὸ τῶν πεπαιδεῦσθαι δοκούντων] Herm. Cruserius: *quum derideretur ab iis, qui videbantur liberalibus et urbanis exculti exercitiis:* recte si *videbantur* dixit pro *sibi videbantur*, ita enim v. δοκεῖν et hoc loco intelligendum et Dion. XVIII. πολλοὺς συνῆγε τῶν πεπαιδεῦσθαι δοκούντων, ut non multum discrepet quod Plut. dixit Timol. XV. τῶν βουλομένων τις εὐφυῶν εἶναι. V. de hac verbi δοκεῖν significatione eodemque usu verbi latini Wyttenb. ad Moral. p. 511. sq. Oxon. cl. infra ad c. XXVI.

19. λύραν — οὐκ ἐπίσταται] Cimon. IX. ἐκεῖνον γὰρ ᾄδειν μὲν οὐ φάναι μαθεῖν, οὐδὲ κιθαρίζειν, πόλιν δὲ ποιῆσαι μεγάλην καὶ πλουσίαν ἐπίστασθαι. Velim doceri an forte hinc duxerit originem Aristophanicum illud: κιθαρίζειν γὰρ οὐκ ἐπίσταται, in Vesp. v. 994. (953.), quamquam id aliter explicavit Scholiastes.

22. Στησίμβροτος] De Stesimbroto Thasio dictum ab Vossio de hist. gr. IV. c. XI. p. 445, Ionsio de script. hist. phil. p. 29. ed. Dornii et Fabricio bibl. gr. T. I. p. 874., quibus tamen libris hic uti non

διακοῦσαι τὸν Θεμιστοκλέα φησὶ καὶ περὶ

licuit, nec desideramus aliorum disputationes, quoniam id tantum nunc agimus, ut dispersa per has vitas de Stesimbroto iudicia colligamus et componamus. De aetate igitur scriptoris Plutarchus in Cimone IV. *Στησίμβροτος δ᾽ ὁ Θάσιος περὶ τὸν αὐτὸν ὁμοῦ τι χρόνον τῷ Κίμωνι γεγονώς.* Athenaeus XIII. p. 589. d. *ἦν δ᾽ οὗτος ἀνὴρ* (Pericles) *πρὸς ἀφροδίσια πάνυ καταφερής, ὅστις καὶ τῇ τοῦ υἱοῦ γυναικὶ συνῆν, ὡς Στησίμβροτος ὁ Θάσιος ἱστορεῖ κατὰ τοὺς αὐτοὺς αὐτῷ χρόνους γενόμενος καὶ ἑωρακὼς αὐτὸν ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ Θεμιστοκλέους καὶ Θουκυδίδου καὶ Περικλέους:* unde simul operis, ex quo Plutarchus et hoc et relicuis, quos statim afferam, locis sua desumpserit, notitiam profecimus. Cuius operis quae fuerit ratio et indoles etsi certo dici hodie nequit, pleraque tamen, quae Plutarchus ex eo affert excerpta satis ostendunt, id sic fuisse compositum, magis ut magnorum virorum nominibus obtrectarit, quam iustis laudibus ornarit. Quod quamquam nescio an de industria sic instituerit, mirifice tamen sibi videtur placuisse in miris et incredibilibus potissimum rebus referendis, quo pertinet *δεινὸν* istud *ἀσέβημα καὶ μυθῶδες*, quod de Pericle tradens merito notari videtur a Plutarcho Pericl. XIII. cl. XXXVI. Ac videtur imprimis in isto opere suo vitam horum virorum privatam enarrasse, haud raro tamen commenticiis et fictis a plebe, ut fit in magni nominis viris, indulgens narratiunculis, ex quo genere fortasse est quod de Periclis cum Elpinice consuetudine ex Stesimbroto narratur Cimon. XIV., quod idem, non addito auctoris nomine (*ἔνιοι δέ φασιν*) refert Pericl. X. commemoravitque sive ex Antisthene, sive, quae Friderici Iacobsii suspicio est, ex Aeschine Socratico Athenaeus XIII. p. 589. e. Idem igitur fecit Stesimbrotus, quod fecere poetae comici, Periclis, quae ferebatur, *ἀσέλγειαν* multis modis exagitantes, v. Pericl. XIII. In quo quum non multum fidei ei tribuendum existimo, facio hoc ipso praeeunte Plutarcho, qui et h. l. insignem eius errorem in temporum ratione redarguerit, et infra c. XXIV. haud mediocris negligentiae ac levitatis ponat exemplum rursusque fidem ei deroget de Periclis expeditione quadam, Pericl. XXVI. (*ὡς δὲ Στησίμβροτος, ἐπὶ Κύπρον στελλόμενος, ὅπερ οὐ δοκεῖ πιθανὸν εἶναι*). Atque ex Stesimbroto, ut suspicor, desumpta est quae infra sequitur de abdicatione patris Themistoclis narratio, in qua quod non addidit auctoris nomen, nimirum fecit quod eundem Pericl. X. fecisse notavi supra. Idem Stesimbrotus solus videtur memoriae prodidisse, Miltiadem Themistocli naves exstruere suadenti repugnasse, quamquam

Μέλισσον σπουδάσαι τὸν φυσικὸν οὐκ εὖ τῶν χρόνων ἁπτόμενος· Περικλεῖ γάρ, ὃς πολὺ νεώτερος ἦν Θεμιστοκλέους, Μέλισσος μὲν ἀντεστρατήγει πολιορκοῦντι Σαμίους, Ἀναξαγόρας δὲ συνδιέτριβε. Μᾶλλον οὖν ἄν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν, οὔτε ῥήτορος ὄντος οὔτε τῶν φυσικῶν κλη-

26. πολιορκοῦντι] Par. πολιουρκοῦντι. 29. Φρεαρρίου] Par. vulgo Φρεαρίου.

frustra, de qua re dubitat Wachsmuthius de antiq. gr. Vol. I. P. 2. p. 52. Praeter hos locos annotavi duos ubi Stesimbroti mentio facta, Pericl. VIII. Cimon. XVI.

22. Ἀναξαγόρου τε διακοῦσαι] de Anaxagora, Periclis aequali, omnia nota; de vi praepositionis διὰ in hoc composito v. Dorvill. ad Chariton. p. 611. Lips. cl. Plut. Pericl. IV. διήκουσε δὲ Περικλ. καὶ Ζήνωνος. Solon. XXXI. τῶν περὶ Σάϊν λογίων: infra XXIX. τῶν μαγικῶν λόγων. Strabon. XIV. p. 645. d. διήκουσε δὲ τούτου Ἀρχέλαος.

23. *Μηδενὸς δ᾽ ὑπακούοντος αὐτοῖς, ἀλλὰ τῆς Πελοποννήσου περιεχομένων*] Constat Graecos in sententiis negativis saepe a singulari repente transire in pluralem numerum: nec sine idonea ratione. Nam quod ne unus quidem dicitur fecisse, eius contrarium affirmatur de omnibus. Nihilo minus haec structura aliquoties in errorem induxit Reiskium; ita in Brut. XXXI. *οὐδενὸς αὐτῷ προςέχοντος, ἀλλὰ πάντα τρόπον ἑαυτοὺς ἀπολλύντων* — post *ἀλλὰ* voluit addi *πάντων:* sed v. Fab. Max. XI. *οὐδενὸς ἐν χώρᾳ μένειν τολμῶντος, ἀλλὰ πρὸς φυγὴν ὠθουμένων οὐ σωτήριον:* Marcell. XX. *μηδενὸς δὲ τολμῶντος ἅψασθαι μηδ᾽ ἀπαντῆσαι διὰ δεισιδαιμονίαν, ἀλλ᾽ ἐκτρεπομένων:* et sic Lucull. XIX. Mar. XI., quem locum ab interpretum dubitationibus primus vindicavit Schaeferus: eundemque errorem Reiskius repetiit Brut. XVI. ac Demosthen. or. de reb. Cherson. p. 103. 22. et Philipp. IV. p. 141. 17. Haec dicendi ratio quum pateat latissime, apertum est non tentandum fuisse Plut. Timol. XXII. *ὑπήκουε δ᾽ οὐδεὶς τῶν ἐν τοῖς ἐρύμασι καὶ φρουρίοις κατοικούντων, οὐδὲ κατέβαινον εἰς τὴν πόλιν,* ubi Coraes, quem olim sequebatur Schaeferus, correxit *κατέβαινεν*, qua mutatione abstinendum esse docere poterant cum alii loci plurimi, tum Xenophont. hist. gr. II. 2. 3. *ὥςτ᾽ ἐκείνης τῆς νυκτὸς οὐδεὶς ἐκοιμήθη, οὐ μόνον τοὺς ἀπολωλότας πενθοῦντες, ἀλλὰ πολὺ ἔτι μᾶλλον αὐτοὶ ἑαυτοὺς πείσεσθαι νομίζοντες οἷα ἐποίησαν Μηλίους:* v. Fr. A. Wolfius apud Schneiderum ad Xenoph. hist. gr. p. 114. et Bremius in Schaef. Appar. ad Demosthen. T. I. p. 531. ac de Romanis Heindorfius ad Horat. Satyr. I. 1. 3. Plena oratione Graeci utuntur in oppositione paullo graviore, v. Plut. Comp. Pelop. c. Marc. II. *μηδενὸς συλλαμβάνοντος ἀλλὰ καὶ πάντων ἀποτρεπομένων.* — De re, quae h. l. narratur, vid. Herodot. VIII. 40. nonnihil, sed non multum, ab Plutarcho discrepantem, cl. Lys. or. funebr. §. 44. Plut. Cimon. V.

457 τῆς Πελοποννήσου περιεχομένων καὶ πᾶσαν ἐντὸς Ἰσθμοῦ τὴν δύναμιν ὡρμημένων συνάγειν καὶ διατειχιζόντων τὸν Ἰσθμὸν εἰς θάλατταν ἐκ θαλάττης, ἅμα μὲν ὀργῇ τῆς προδοσίας εἶχε τοὺς Ἀθηναίους, ἅμα δὲ δυςθυμία καὶ κατήφεια μεμονωμένους. Μάχεσθαι μὲν γὰρ οὐ διενοοῦντο μυριάσι στρατοῦ τοσαύταις, ὃ δ' ἦν μόνον ἀναγκαῖον ἐν τῷ πα-

26. εἰς θάλατταν ἐκ θαλάττης] ab altero mari ad alterum: vid. de hac formula Baehrius ad Alcibiad. p. 225.

28. κατήφεια] „Vocabulum κατήφεια, nostro usitatissimum, explicuit Leopoldus ad Syll. c. IX. p. 180. sq. Cum enim proprie sit *capitis s. vultus deiectio*, *demissio*, idque plerumque vel ex pudore fiat, vel ex tristitia, duplex inde vocis significatio existit, qua cum *pudorem*, tum *tristitiam*, *moerorem*, indicat. Priori significatu occurrit in Sertor. 18. fin. ἐπ' αἰσχύνῃ καὶ κατηφείᾳ, in Lycurg. 11. in. ubi αἰδὼς adiungitur, plane ut in Hom. Odyss. XXIV. 432. In Mar. 29. est κατήφεια καὶ μῖσος, ubi tamen malim vertere: moeror, ut in Them. 9. Fab. Max. 18. Num. 10. Alcib. 14. fin. Agesil. 29. Paul. Aem. 22. etc.“ *Baehrius* ad Philopoem. p. 71. Vim vocis propriam bene declarat locus Plutarchi, qui in Lexicis affertur: κατήφεια — λυπὴ κάτω βλέπειν ποιοῦσα.

30. ὃ δ' ἦν μόνον — ὅπερ] hic locus omnibus impeditus, quibusdam etiam corruptus est visus. Nec iniuria. Reiskius haec annotat: „aut deesse nonnulla prodit ὅπερ, quod servatum constructionem reddit inexplanabilem, aut tollendum prorsus est. Quapropter uncis id admonitionis gratia inclusi.“ Defendit locum Gottholdus in act. Semin. Lips. T. II. p. 423. sq., nescio tamen quibus usus rationibus: sed quantum ex Schaeferi annotatione intelligo, eadem ratione explicuit, qua nemo non instituet, qui vulgatam lectionem defendere voluerit, hanc dico, ut post τοσαύταις media, quae vulgo ponebatur, distinctio tollatur, ut quae sequuntur ὃ δ' ἦν μόνον — ναυσὶν pendeant a διενοοῦντο. Quo facto haec erit loco sententia: pugnare enim cum tot copiis noluerunt, sed, quod solum restabat necessarium, urbe relicta naves amplecti. Ita quum et ego olim locum intelligendum putarem et ante me alii, fugit nos quod unus perspexit Schaeferus, syntaxin postulare ἀφέντες, non ferre ἀφέντας, idemque tacito locum interpretans posuit Coraes. Sed hoc quidem leve est obstaculum quod facili mutatione removeri potest; multo maius, nisi fallor, sententia ipsa obiicit impedimentum, de quo nemo vi-

ρόντι, τὴν πόλιν ἀφέντας ἐμφῦναι ταῖς ναυσίν· ὅπερ οἱ πολλοὶ χαλεπῶς ἤκουον, ὡς μήτε νίκης δεόμενοι, μήτε σωτηρίαν ἐπιστάμενοι θεῶν τε ἱερὰ καὶ πατέρων ἠρία προϊεμένων.

31. ἐμφῦναι] ἐμβῆναι ex Bodl. 3. Anon. Coraes ac Schaeferus. 32. ὅπερ] deleri voluit Reiskius.

detur cogitasse. Nimirum haec sic dicta sunt, quasi Athenienses praeter τοὺς πολλοὺς omnes animos induxerint naves conscendere: id vero aperte falsum est, quum solum id suasisse constet Themistoclem, relicuis obluctantibus. Repugnant igitur sibi et adversantur quae dicit: διενοοῦντο τὴν πόλιν ἀφέντες ἐμφῦναι ταῖς ναυσίν et ὅπερ οἱ πολλοὶ χαλεπῶς ἤκουον, sive *plerosque* dici putes τοὺς πολλούς, sive, quae verior est interpretatio, *plebem*. Quae quum ita sint, mihi quidem Reiskii correctio permagnam veri speciem videtur habere, quae pariter et mutationis et structurae facilitate commendatur et optime consulit sententiae. Ὅπερ qui tueri volet, is et ἀφέντας mutare in ἀφέντες debebit et de sententia sic statuere, non accurate Plutarchum orationem suam conformasse, quippe qui neglexerit oppositionem paucorum quorundam, qui naves conscendere suaderent, et eorum, quibus aegre hoc posset persuaderi, τῶν πολλῶν, diserte ac luculenter significare.

31. ἐμφῦναι ταῖς ναυσίν] non dubitandum erat de hac scriptura, cuius loco quod liber Bodleianus tertius et Anonymus habent ἐμβῆναι, correctionem potius quam ipsius prodit scriptoris manum, ut mirer recipi potuisse ab Corae et Schaefero, cui tamen et ipsi nunc placet nostra scriptura ut aliquanto significantior. „Dicitur autem hoc verbum tum de personis tum de rebus, quando omnes vires, omne studium aliqua in re ponitur, metaphora ducta de ramis, qui arboribus innascuntur cumque iis inde cohaerent atque coalescunt. Quem usum praeter alios Plutarcho peculiarem esse, multa comprobant exempla. Vid. Heldius ad Plut. Alex. c. 16.“ Verba sunt Baehrii ad Philopoem. IV., qui cum alia attulit ex Plutarcho verbi exempla, tum haec: Cat. min. IV. τοῖς ἠθικοῖς μάλιστα καὶ πολιτικοῖς ἐνεφύετο δόγμασι. Arat. XXII. ἐμφὺς τῇ πορείᾳ. Nic. XIV. ἔδει τοῖς πολεμίοις ἐμφύντα καὶ προσκείμενον —.

33. ἐπιστάμενοι — προϊεμένων] „Προϊεμένων non cum θεῶν neque cum πατέρων cohaeret, sed cum σωτηρίαν: idem est ac si dixisset, οὐκ ἐπιστάμενοι ὅπως σώζεσθαι δύναιντο ἄνθρωποι θεῶν ἱερὰ καὶ πατέρων ἠρία προϊέμενοι, nescientes, quo pacto salvi possent evadere hi, qui deorum

CAPUT X.

Ἔνθα δὴ Θεμιστοκλῆς ἀπορῶν τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς προςάγεσθαι τὸ πλῆθος, ὥςπερ ἐν

fana maiorumque monumenta hostibus proderent." *Reiskius.* Paullo aliter Schaeferus, ad προϊεμένων intelligens Ἀθηναίων, laudatis quae citaverit ad Lamb. B. p. 50. Malim saltem subaudiri αὐτῶν, quamquam non nego, valde commodam esse sententiam si ἀνθρώπων, quo Reiskii redit iudicium, intelligatur, quo generalior fiat sententia. Genitivorum absolutorum, qui dicuntur, omisso subiecto exempla, ut taceam alios, attulit I. C. Fluegelius Observat. crit. in Plut. Phoc. p. 49. sq. Corais annotatio haec est: Οὐκ εὐνόητον τὸ χωρίον· διόπερ οὐδὲ πάνυ εὐνοήτως ἡρμηνεύθη ὑπὸ τῶν μεταφραστῶν. Ἔοικε δὲ τοιοῦτόν τι λέγειν· οἱ πολλοὶ χαλεπῶς ἤκουον τὸ ἀφέντας τὴν πόλιν ἐμβῆναι ταῖς ναυσίν· ἐχαλέπαινον δὲ, ὅτι μήτε νίκης ἐδέοντο τῆς κατὰ τῶν βαρβάρων, ἣν ἤλπισαν ἂν ναυμαχήσαντες πρὸς αὐτοὺς, μετὰ τὸ τὴν πόλιν ἐκλιπεῖν, μήτε ἠπίσταντο, τουτέστιν ἤλπιζον, παρὰ θεῶν σωτηρίαν ἀνθρώπων προδιδόντων καὶ καταλιμπανόντων τὰ ἱερὰ τῶν θεῶν καὶ τοὺς τάφους τῶν πατέρων. De re vid. Plut. Cimon. V. ὅτε γὰρ τὸν δῆμον ἐπιόντων τῶν (ita scribendum) Μήδων Θεμιστοκλῆς ἔπειθε προέμενον τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν ἐκλιπόντα πρὸ τῆς Σαλαμῖνος ἐν ταῖς ναυσὶ τὰ ὅπλα θέσθαι καὶ διαγωνίσασθαι κατὰ θάλατταν, ἐκπεπληγμένων τῶν πολλῶν τὸ τόλμημα πρῶτος Κίμων ὤφθη κ. τ. λ.

X. 1. τοῖς ἀνθρωπίνοις λογισμοῖς] articulum posuit τοὺς λογισμοὺς rationes dicens eas, quibus Themistoclem plebem ad sententiam suam voluisse perducere in praegressis dictum erat.

2. ὥςπερ — ἐπῆγεν] „De verbo ἐπῆγεν ambigo, servandumne sit, an cum ἐπῇδεν commutandum, *occinebat*, leniendi et sopiendi ergo et delectandi, ut puerulos canticulis delectant mulierculae." *Reiskius.* Non debebat ambigere vir doctissimus: apte positum ἐπῆγεν, quod vocabulum militare est ac dicitur de machinis, quae muris admoventur, v. Marcell. XV. ἦν δὲ ὁ Μάρκελλος ἀπὸ τοῦ ζεύγματος ἐπῆγε μηχανήν: cl. Lucull. XXXII. Inde translato usu dicitur de eo, quo quis utitur ut aliquid apud alios efficiat: Crass. XXX. ἐπῆγε τῷ Κράσσῳ δόλον — *admovit.* Eumen. XIII. ταῖς φιλονεικίαις καὶ φιλαρχίας αὐτῶν — ἐπῆγε δεισιδαιμονίαν: atque commode cum hoc loco comparabitur Lysandr. XXV. ἔπειτα τὴν ἀτοπίαν καὶ τὸ μέγεθος τοῦ καινοτομουμένου πράγματος ὁρῶν ἰταμωτέρας δεόμενον βοηθείας, ὥςπερ ἐν τρα-

τραγῳδίᾳ μηχανὴν ἄρας, σημεῖα δαιμόνια καὶ χρησμοὺς ἐπῆγεν αὐτοῖς, σημεῖον μὲν λαμβάνων τὸ τοῦ δράκοντος, ὃς ἀφανὴς ἐκείναις ταῖς ἡμέραις ἐκ τοῦ σηκοῦ δοκεῖ γενέσθαι· καὶ τὰς καθ᾽ ἡμέραν αὐτῷ προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς, ἐξήγγελλον εἰς τοὺς πολλοὺς, Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν

6. *καθ᾽ ἡμέραν*] *καθημέραν* edd. vett. 7. *προτιθεμένας*] edd. vett. *προστιθεμένας*.

γῳδίᾳ μηχανὴν αἴρων ἐπὶ τοὺς πολίτας, λόγια πυθόχρηστα καὶ χρησμοὺς συνετίθει καὶ κατεσκεύαζεν: similiter infra XXXII. Φύλαρχος ὥςπερ ἐν τραγῳδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μηχανὴν ἄρας.

4. *τὸ τοῦ δράκοντος*] Aristophanes Lysistrata v. 760. ἀλλ᾽ οὐ δύναμαι ᾽γωγ᾽ οὐδὲ κοιμᾶσθαι ᾽ν πόλει, ἐξ οὗ τὸν ὄφιν ἴδον τὸν οἰκουρόν ποτε. Scholiasta: τὸν ἱερὸν δράκοντα, τὸν φύλακα τοῦ ναοῦ τῆς Ἀθηνᾶς. Herodotus libr. VIII. 41. λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν φύλακα τῆς ἀκροπόλιος ἐνδιαιτέεσθαι ἐν τῷ ἱρῷ. λέγουσί τε ταῦτα καὶ δὴ καὶ ὡς ἐόντι ἐπιμήνια ἐπιτελέουσι προτιθέντες· τὰ δ᾽ ἐπιμήνια μελιτόεσσά ἐστι. αὕτη δ᾽ ἡ μελιτόεσσα ἐν τῷ πρόσθεν αἰεὶ χρόνῳ ἀναισιμουμένη τότε ἦν ἄψαυστος. σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς ἱερείης μᾶλλόν τι οἱ Ἀθηναῖοι καὶ προθυμότερον ἐξέλιπον τὴν πόλιν, ὡς καὶ τῆς θεοῦ ἀπολελοιπυίης τὴν ἀκρόπολιν. Vid. ibi interprr.

7. *προτιθεμένας*] edd. vett. *προστιθεμένας*, non male, iudice Bryano. Sed vulg. scripturam praeter Herodoti locum tuetur usus Plutarchi, de quo vid. Wyttenb. ad Moral. p. 682. Oxon.

8. *οἱ ἱερεῖς*] σημηνάσης δὲ ταῦτα τῆς *ἱερείης* Herodotus l. l.

Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος] De interpretatione horum verborum non convenit inter viros doctos, quorum Reiskius hanc finxit explicationem: „hunc serpentem colludens cum sacerdotibus Themistocles, e conspectu tantisper subducebat, quo plebem haberet hoc obsequentiorem et ad credendum proniorem": non magis probabile, quod idem pro διδόντος scribi vult διαδόντος, etsi perversius est, quod Hermannus Cruserius Plutarchum facit dicentem: *sacerdotes enuntiaverunt pro concione, dicendi potestate iis a Themistocle facta.* Aliter Amiotus: *ayans esté embouchez par Them.*, quam rationem etiam P. Wesselingium secutum esse video ad Herodot. VIII. 41. sic scribentem: *Themistoclis commento sacerdotes in vulgus sparserunt*, ὡς

πόλιν ἡ θεὸς ὑφηγουμένη πρὸς τὴν θάλατταν αὐ-
458 *τοῖς· τῷ δὲ χρησμῷ πάλιν ἐδημαγώγει, λέγων μη-*

10. ὑφηγουμένη] ὑφηγουμένους Iunt. θάλατταν] Par., vulgo θάλασσαν.

ἀπολέλοιπε etc. Nimirum coniunxerunt verba ἐξήγγελλον εἰς τοὺς πολλοὺς — ὡς ἀπολέλοιπε —. Mihi tamen fateor hanc interpretationem parum placere. Nam quae praecedunt verba: σημεῖα δαιμόνια καὶ χρησμοὺς ἐπῆγεν αὐτοῖς, tantum abest, ut sacerdotes Themistocle auctore eiusmodi artificio usos esse indicent, ut tum demum, quum serpens non amplius appareret idque populo ab sacerdotibus renuntiatum esset, Themistoclem ea re usum esse significent. Quare non cohaerere existimo vv. ἐξήγγελλον — ὡς ἀπολέλοιπε, sed Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος, ὡς —, hac sententia: Themistocle eius rei rationem et interpretationem dante. Nam quum Plutarchus Themistoclem et ostentis et oraculis in rem suam usum esse referat, utrorumque eam interpretationem eum fecisse significat, quae ad efficiendum id, quod vellet, apta esset futura. Quare quum sacerdotes primitias serpenti propositas repperissent intactas idque ad populum rettulissent, Themistocles eius rei rationem et interpretationem dedit hanc, deam eo consilio urbem reliquisse, ut viam praeiret civibus.

10. ὑφηγουμένη] non est *monstrans* vel *docens*, nec *suggerens*, ut Baehrius videtur existimasse ad Philopoem. VI. inter alios diversi generis hunc locum afferens, sed vim suam retinet primariam, qua *praeire* significat.

11. τῷ δὲ χρησμῷ] oraculum servavit Herodotus VII. 141., cuius pars, ut sequentia lucem accipiant, hic transscribenda est:

τῶν ἄλλων γὰρ ἁλισκομένων, ὅσα Κέκροπος οὖρος
ἐντὸς ἔχει, κευθμών τε Κιθαιρῶνος ζαθέοιο,
τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρύοπα Ζεὺς
μοῦνον ἀπόρθητον τελέθειν, τὸ σὲ τέκνα τ' ὀνήσει.
μηδὲ σύ γ' ἱπποσύνην τε μένειν καὶ πεζὸν ἰόντα
πολλὸν ἀπ' ἠπείρου στρατὸν ἥσυχος, ἀλλ' ὑποχωρεῖν
νῶτον ἐπιστρέψας· ἔτι τοι ποτὲ κἀντίος ἔσσῃ·
ὦ θείη Σαλαμίς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν,
ἤ που σκιδναμένης Δημήτερος ἢ συνιούσης.

vid. ad eum locum interpretes et qui huc spectat Schol. ad Lucian. Iup. Trag. 20. et 30. Nep. Themist. II.: deliberantibus Pythia respondit, ut moenibus ligneis se munirent. Id responsum quo valeret quum intelligeret nemo, Themistocles persuasit, consilium esse Apollinis, ut in naves se suaque conferrent; eum enim a deo

δὲν ἄλλο δηλοῦσθαι ξύλινον τεῖχος ἢ τὰς ναῦς· διὸ καὶ τὴν Σαλαμῖνα θείαν, οὐχὶ δειλὴν οὐδὲ σχετλίαν καλεῖν τὸν θεὸν, ὡς εὐτυχήματος μεγάλου τοῖς Ἕλλησιν ἐπώνυμον ἐσομένην. Κρατήσας δὲ τῇ γνώμῃ ψήφισμα γράφει, τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι τῇ Ἀθηνᾷ τῇ Ἀθηνάων μεδεούσῃ, τοὺς

17. *Ἀθηνάων*] vulgo *Ἀθηναίων*.

significari murum ligneum. — Paullo aliter Herodotus VII. 142. eandem quidem prolatam scribens ab aliis quibusdam oraculi interpretationem, sic tamen ut ex duobus versibus postremis se expedire non potuerint, quippe quos ad stragem Graecorum pertinere putaverint: hunc igitur scrupulum prudenti interpretatione exemit Themistocles: nam *εἰ ἐς Ἀθηναίους εἶχε τὸ ἔπος εἰρημένον ἐόντως, οὐκ ἂν οὕτω μιν δοκέειν ἠπίως χρησθῆναι, ἀλλ' ὧδε, ὦ σχετλίη Σάλαμις, ἀντὶ τοῦ, ὦ θείη Σάλαμις· εἴπερ γε ἔμελλον οἱ οἰκήτορες ἀμφ' αὐτῇ τελευτήσειν. ἀλλὰ γὰρ ἐς τοὺς πολεμίους τῷ θεῷ εἰρῆσθαι τὸ χρηστήριον, συλλαμβάνοντι κατὰ τὸ ὀρθὸν, ἀλλ' οὐκ ἐς Ἀθηναίους:* quae sunt verba Themistoclis apud Herodotum c. 143.

τῷ δὲ χρησμῷ πάλιν ἐδημαγώγει] oraculo usus est ad populum in sententiam suam perducendum; de verbo *δημαγωγεῖν* cf. Othon. IV. Wyttenb. ad Moral. p. 251. sq.

14. *ὡς εὐτυχήματος — ἐσομένην*] cf. Baehr. ad Flamin. p. 128.

16. *ψήφισμα γράφει*] de psephismate nihil Herodotus, sed statim cives habuisse assentientes significat his verbis: *ταύτῃ Θεμιστοκλέους ἀποκρινομένου Ἀθηναῖοι ταῦτά σφι ἔγνωσαν αἱρετώτερα εἶναι μᾶλλον ἢ τὰ τῶν χρησμολόγων, οἳ οὐκ ἔων ναυμαχίην ἀρτέεσθαι, τὸ δὲ σύμπαν εἶναι οὐδὲ χεῖρας ἀνταείρεσθαι, ἀλλὰ ἐκλιπόντας χώρην τὴν Ἀττικὴν ἄλλην τινὰ οἰκίζειν.*

παρακαταθέσθαι] tuendam tradere: verbi usus proprius de deposito est, quod fidei alicuius creditur, v. Lobeckius ad Phryn. p. 313. Wyttenb. ad de S. N. V. p. 61. et interprr. ad Herodot. VI. 73. et 86.

17. *τῇ Ἀθηνάων μεδεούσῃ*] Correxi vulgatam scripturam *Ἀθηναίων*, quam non puto defendi posse eiusmodi locis, quibus incolarum pro urbe fit mentio, quorum excitemus nonnullos. Thucydides libr. I. 110. *ἐκ δὲ τῶν Ἀθηναίων καὶ τῆς ἄλλης ξυμμαχίδος πεντήκοντα τριήρεις — πλέουσαι*, quod non puto idonea de caussa nuper mutatum esse ab Immanueli Bekkero, etsi paullo diversum est, quamquam non ita multum,

δ' ἐν ἡλικίᾳ πάντας ἐμβαίνειν εἰς τὰς τριήρεις,

18. εἰς — σώζειν] desunt Bodl. 3.

ab loco eiusdem scriptoris libr. IV. 97. ἐκ δὲ τῶν Ἀθηναίων κήρυξ πορευόμενος ἐπὶ τοὺς νεκροὺς ἀπαντᾷ κήρυκι Βοιωτῷ, ibidemque c. 104. ὃς ἐκ τῶν Ἀθηναίων παρῆν αὐτοῖς φύλαξ τοῦ χωρίου. Lucian. Timon. 50. ὦ Τίμων — τὸ ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων, τὸ πρόβλημα τῆς Ἑλλάδος. Plut. Moral. p. 240. A. Λύσανδρος ἑλὼν Ἀθηναίους πολὺν χρυσὸν καὶ ἄργυρον εἰσήγαγε: de quo dubitari potest, vel debet adeo: Demetr. IX. τῶν δὲ Μεγαρέων ἁλόντων καὶ τῶν στρατιωτῶν ἐφ' ἁρπαγὴν τραπομένων — quod vix dubium, quin iure correxerit Reiskius: de Herodot. malign. p. 859. C. Κυψελίδας μὲν ἐξέβαλον ἐκ Κορίνθου καὶ Ἀμπρακίας, ἐκ δὲ Νάξου Λύγδαμιν, ἐξ Ἀθηναίων δὲ τοὺς Πεισιστράτου παῖδας, ἐκ δὲ Σικυῶνος Αἰσχίνην, ἐκ Θάσου δὲ κ. τ. λ., quod correctum malim propter relicua, nisi praetulit scriptor variandae orationis caussa. Nic. XVIII. προσκομισθεὶς ἀπωτάτω τῶν Συρακουσίων correctum est de coniectura Mureti, sed Diodor. XIV. 84. ἔπλεον ἐπὶ Κορινθίους non accedo Lud. Dindorfio corrigenti Κορίνθου. Haec igitur atque alia non pauca, quorum pars corrupta vel suspecta, pars sana est, si quis afferre voluerit ad vulgatam scripturam tutandam, nihil efficiet; nempe unice agitur de *urbis* dea tutelari, de Minerva πολιούχῳ, commodeque Coraes suam Reiskiique coniecturam Ἀθηνῶν commendaturus attulit locum Aristophanis in Equitibus v. 763. τῇ μὲν δεσποίνῃ Ἀθηναίῃ, τῇ τῆς πόλεως μεδεούσῃ, εὔχομαι, cui ego addo Aristidem rhetorem or. Panathen. p. 139. Iebb. ψήφισμα ποιοῦνται τὴν μὲν πόλιν ἐπιτρέψαι τῇ πολιούχῳ θεῷ, maximeque or. de quattuor vir. T. II. p. 192. Iebb. 256. Dind. γράφει τὸ ψήφισμα τοῦτο, τὴν μὲν πόλιν παρακαταθέσθαι Ἀθηνᾷ, Ἀθηνῶν μεδεούσῃ: ut quin hic quoque urbis nomen reponendum sit nemo sit dubitaturus. Ac sane Ἀθηνῶν placuisse Gottholdo et Fr. Iacobsio scribit Schaeferus, qui quod addit: *quidni scribamus Ἀθηνέων, ut servetur forma Ionica? Tales autem formas in psephismatis Atticis illorum temporum permultas fuisse nemo dubitabit:* idem diu est ex quo mihi eadem de caussa placebat, placuitque Adolpho Emperio meo, sed quominus verum habeam obstat aliud. Nimirum aut fallor, aut habemus hic verba oraculi cuiuspiam in psephismate positi, quod neglexit Aristides, verbis aperte in hexametrum exeuntibus: τῇ Ἀθηναίων μεδεούσῃ, monstranteque verbo poetico μεδεῖν. Quare non dubitavi corrigere Ἀθηνάων, quod ab librariis de forma dubitantibus mutatum est in Ἀθηναίων, probabatque hanc sententiam meam Hermannus.

παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα σώζειν ἕκαστον ὡς δυνατόν. Κυρωθέντος δὲ τοῦ ψηφίσματος οἱ πλεῖστοι τῶν Ἀθηναίων ὑπεξέθεντο γονέας καὶ γυναῖκας εἰς Τροιζῆνα, φιλοτίμως πάνυ

19. *παῖδας δὲ καὶ γυναῖκας καὶ ἀνδράποδα*] dudum observatum est a viris doctis in eiusmodi formulis omissionem articuli solemnem esse, v. Schaeferus in melet. crit. p. 116. ad Demosthen. T. I. p. 664. Kruegerus ad Dionys. historiogr. p. 99. et ad Xenoph. Anabas. I. 4. 8. post quos actum agerem, si exempla vellem congerere; quam late autem hic usus pateat, videre licet ex locis, quales Xenoph. Hellen. VII. 1. 30. *καὶ παῖδας καὶ γυναῖκας καὶ πρεσβυτέρους καὶ ξένους*, Lycurg. c. Leocrat. I. *πατέρων καὶ παίδων καὶ γυναικῶν καὶ πατρίδος καὶ ἱερῶν*, ubi vid. Blumius. Interdum alteri vocabulo additur articulus, caret alterum, ut Herodot. VIII. 4. *ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται*, cum quo componi potest locus Dionysii Halic. Antiq. rom. T. I. p. 116. *ἀγόμενος ἐπὶ ταῖς κρατίσταις συνωρίσι τόν τε πατέρα καὶ θεοὺς τοὺς πατρῴους γυναῖκά τε καὶ τέκνα*: quare apud eundem Herodot. VIII. 41. probo librorum duorum scripturam: *κήρυγμα ἐποιήσαντο, Ἀθηναίων τῇ τις δύναται σώζειν τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας*. Diodor. Sic. XV. 79. *τοὺς μὲν ἄνδρας ἀπέκτειναν, τέκνα δὲ καὶ γυναῖκας ἐξηνδραποδίσαντο*, ut fortasse etiam defendi possit locus Plutarchi in Camill. XV. *ὥστ' ἀράμενοι τὰ ὅπλα καὶ γονέας ἀναλαβόντες ἐπὶ τὰς Ἄλπεις φέρεσθαι*, quem praeeunte Reiskio correxere interpretes. Ceterum observandum, formula ista plerumque sic uti scriptores, ut primo loco ponantur liberi, sequantur mulieres; rariora, etsi non rara, inversi ordinis, quo nos in hac formula utimur, sunt exempla, vid. Plut. Caton. mai. XXI. *μετὰ γυναικῶν καὶ παίδων*, et sic Phoc. XI. Thucyd. II. 6. *ξὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν*, et Xenophon. Anabas. IV. 1. 8.; alia vid. apud Wachsmuthium in libro, quem scripsit de antiquitate graeca T. III. p. 171. sq.

21. *ὑπεξέθεντο γονέας καὶ γυναῖκας*] „Qui liberos vel uxores obsidionem toleraturi alio transferunt, veteribus dicuntur *παῖδας ὑπεκθέσθαι*. Thuc. I. 89. Lycurg. contr. Leocrat. p. 154. 32. *τοὺς υἱοὺς καὶ γυναῖκας ὑπεκθέσθαι*. Dem. de fals. leg. p. 242. *οἱ συγγενεῖς αὐτοῦ ὑπεξέθεντο τὰς θυγατέρας παιδία οὔσας εἰς Ὄλυνθον – –*." *Valckenarius* ad Herodot. libr. V. 65. Eodem vocabulo haec narrantes utuntur Herodotus VIII. 41., Lysias or. funebr. p. 98. R. § 34., Aristides or. de quattuor vir. p. 316. Iebb. similique in re Diodorus XV. 52.

22. *Τροιζῆνα*] Herodotus

τῶν Τροιζηνίων ὑποδεχομένων. Καὶ γὰρ τρέφειν 117
ἐψηφίσαντο δημοσίᾳ, δύο ὀβολοὺς ἑκάστῳ διδόντες, καὶ τῆς ὀπώρας λαμβάνειν τοὺς παῖδας ἐξεῖναι πανταχόθεν, ἔτι δ᾽ ὑπὲρ αὐτῶν διδασκάλοις τελεῖν μισθούς. Τὸ δὲ ψήφισμα Νικαγόρας ἔγραψεν. Οὐκ ὄντων δὲ δημοσίων χρημάτων τοῖς Ἀθηναίοις Ἀριστοτέλης μέν φησι τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν πορίσασαν ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων ὀκτὼ δραχμὰς αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι τὰς
459 τριήρεις· Κλείδημος δὲ καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους

26. ὑπὲρ αὐτῶν] ὑπὲρ αὐτῶν Iunt. 30. ἑκάστῳ τῶν] ὀκτὼ δραχμὰς ἑκάστῳ τῶν στρατευομένων Par.

VIII. 41.: οἱ μὲν πλεῖστοι ἐς Τροιζῆνα ἀπέστειλαν, οἱ δὲ ἐς Αἴγιναν, οἱ δὲ ἐς Σαλαμῖνα. Inde Pompon. Mela II. Troezenii fide societatis Atticae illustres.

24. διδόντες] in diem. *Reiskius.*

26. τελεῖν μισθούς] τελεῖν pro δαπανᾶν, sumptus facere, positum illustrat Wyttenb. ad Moral. p. 477. Oxon.

29. Ἀριστοτέλης] ignoro quonam in scripto.

32. Κλείδημος] Clidemus seu Clitodemus, rerum atticarum scriptor, quo tempore natus mortuusve sit, non licet certo affirmare. — „Heynius ad Apollodor. l. l. [3. 14.] ponit eum Hellanico, qui ab Olympiade 71. usque ad 92. vixisse putatur, supparem, neque Dukerus ad Thucydid. VI. 54. Thucydide eum censet vetustiorem fuisse.“ *Siebelis* Phanodem. Demon. Clitodem. etc. fragm. p. XIII. De nomine, patria scriptisque eius exposuit idem p. XII. sqq. atque inter Ἀτθίδος fragmenta hunc locum rettulit p. 39.

καὶ τοῦτο Θεμιστοκλέους γενέσθαι ποιεῖται στρατήγημα] „Infinitivus γενέσθαι sublatus fuit: antea enim legebatur Θεμ. γενέσθαι π. στρ. At veteres codices alteram illam lectionem habent sine infinitivo: ac profecto γενέσθαι cum alio verbo, quam ποιεῖται, iungi postulabat“: verba sunt Henrici Stephani, quem reliqui sequuti sunt interpretes, ego cur sequi cunctatus sim dictum Praef. ad edit. min. p. XX. Neque tamen nego, quum et per se rara sit vis vocabuli ποιεῖσθαι, qua *fingere* significare vult Hermannus, et additus huic verbo infinitivus, quantum ego scio, careat exemplo, in eam nunc me inclinare sententiam, Stephano hic quidem codd. se sequutum esse diserte affirmanti, non temere fidem esse detra-

γενέσθαι ποιεῖται στρατήγημα. Καταβαινόντων γὰρ εἰς Πειραιᾶ τῶν Ἀθηναίων φησὶν ἀπολέσθαι τὸ Γοργόνειον ἀπὸ τῆς θεοῦ τοῦ ἀγάλματος· τὸν

33. *γενέσθαι ποιεῖται στρατήγημα*] infinitivum cum H. Stephano codd. secuto omiserunt Coraes Schaeferusque: pro *ποιεῖται* Bodl. 3. *πεποίηται*. 34. *εἰς Πειραιᾶ*] Ald. Basil. *εἰς πειρεᾶ*. 35. *τὸ Γοργόνειον*] Par. Vulc. et sic correxit Reiskius. vulgo *τὸν Γ.* *Γοργόνειον*] Vulc. *Γοργόνιον*.

hendam, tollendumque fortasse importunum istud *γενέσθαι*, **quod suspicari licet male repetitum esse ex praegressis:** *αἰτιωτάτην γενέσθαι τοῦ πληρωθῆναι* —. **Nam qui laudabat me, quod vulgatam scripturam servarim v. d. in Diurnis Ienens. l. l., comparans similem Romanorum usum v.** ***facere*****, de infinitivo dicere oblitus est. Ipsa vero** ***fingendi*** **significatio verbi** *ποιεῖσθαι* **mea sententia addubitari nequit, explicanda illa ex vi medii ea, qua** ***sibi quid facere*** **significat, ut fortasse dubitari possit num recte correctum sit quod libri habent Mar. I.** *Λανθάνει δ' ἑαυτὸν ὅτι τούτῳ τῷ λόγῳ πάλιν αὐτὸς ἀνωνύμους ποιεῖται τὰς γυναῖκας:* **etsi ibi ne est quidem cur** ***fingere*** **significare existimemus debere. Sed inde orta, vel potius eadem est satis frequens verbi eiusdem significatio** ***putandi*** **vel** ***existimandi*****, cuius usus apud antiquiores eosdemque meliores scriptores fere formulis quibusdam adstrictus latius patet apud posterioris aevi scriptores, v. Plut. Lysandr. II.** *ὃ πολιτικῆς δεινότητος οὐ μικρὸν ἔνιοι ποιοῦνται μέρος:* **ibid. XXVIII.** *ἃ τεκμήρια τῆς Ῥαδαμάνθυος αὐτόθι κατοικήσεως Ἁλιάρτιοι ποιοῦνται.* **Othon. IV.** *καὶ τὸ περὶ τὸν Θύμβριν δὲ σύμπτωμα σημεῖον ἐποιοῦντο οἱ πολλοὶ μοχθηρόν.* **Caes. XXXIV.** *τὴν μὲν φυγὴν οἱ ἄνθρωποι πατρίδα διὰ Πομπήϊον ἡγοῦντο, τὴν δὲ Ῥώμην ὡς Καίσαρος στρατόπεδον ἐξέλειπον:* **ex cod. Monacensi scribendum** *ἐποιοῦντο.* **Apud Arrianum Exped. Alex. I. 7. male inde ab Iacobo Gronovio ex cod. Florentino, perbono illo quidem, sed hic illic a correctoribus turpato libro editum** *Ἀλεξάνδρῳ — τῶν Θηβαίων τὸ τόλμημα οὐ φαῦλον ἡγουμένῳ:* **recte vulgo** *ποιουμένῳ*, **vid. eiusdem I. 25.** *καὶ Ἀλέξανδρος οὐ φαῦλον ποιησάμενος τὸ τῆς χελιδόνος.* **Platon. Civit. I. p. 345. B.** *οὐκ ὀρθῶς βουλευόμεθα δικαιοσύνην ἀδικίας περὶ πλείονος ποιούμενοι:* **I. Bekkerus:** *ἡ γ ο ύ μ ε ν ο ι*, ***nisi fallor*****,** ***Amb. C.***

35. *τὸ Γοργόνειον*] **Quod vulgo scribebatur** *τὸν Γοργ.* **Xylander explicuit sic, ut intelligeret** *θυρεόν*, **vel tale quid. Neutrum restituit Reiskius, subaudiens** *πρόσωπον*, **quem recte sequuti sunt Schaeferus et Co-**

οὖν Θεμιστοκλέα προςποιούμενον ζητεῖν καὶ διερευνώμενον ἅπαντα χρημάτων εὑρίσκειν πλῆθος ἐν ταῖς ἀποσκευαῖς ἀποκεκρυμμένων, ὧν εἰς μέσον κομισθέντων εὐπορῆσαι τοὺς ἐμβαίνοντας εἰς τὰς ναῦς ἐφοδίων. Ἐκπλεούσης δὲ τῆς πόλεως τοῖς μὲν οἶκτον τὸ θέαμα, τοῖς δὲ θαῦμα τῆς τόλμης παρεῖχε, γονέας μὲν ἄλλῃ προπεμπόντων, αὐτῶν δ' ἀκάμπτων πρὸς οἰμωγὰς καὶ δάκρυα γονέων καὶ

38. *ἀποκεκρυμμένων*] Par. et Coraes. Vulg. *ἀποκεκρυμμένον.* 43. *καὶ δάκρυα γονέων*] Coraes ex Amioto *καὶ δάκρ. γυναικῶν καὶ τέκνων*, quod olim probavit Schaeferus, nuper ex Bryani coniect. scripsit: *καὶ δάκρυα γυναικῶν.*

raes, qui de ea re se dixisse scribit ad Isocrat. T. II. p. 274.; adde Pausaniam libr. I. 21. 3. Eustath. ad Homer. Odyss. p. 1704. 37. Rom. 436. Bas. ac Boettigerum Amaltheae Vol. II. p. 314.

36. *ζητεῖν — εὑρίσκειν*] de tempore infinitivorum v. Schaeferum ad Vol. I. p. 175. 1.

37. *χρημάτων — πλῆθος — ἀποκεκρυμμένων*] genitivum participii dedi, quoniam sic scriptum exstare videtur in cod. Parisin. Caton. min. XIII. *πλῆθος ἀνθρώπων ἑκατέρωθεν τῆς ὁδοῦ παρακεκριμένων.* Thucyd. I. 9. *πλήθει χρημάτων ἃ ἦλθεν ἔχων.* Rectissime tamen dictum etiam *ἀποκεκρυμμένον*, quod et Schaeferus verbo significavit, neque opus est exemplis comprobare. De utraque ratione, si recte memini, dictum ab Porsono ad Euripidem Fritzschioque ad Lucianum.

42. *προπεμπόντων*] *προπέμπειν* *abeuntem comitari*, exemplis illustravit Wyttenbachius ad Moral. p. 300. Oxon.

43. *δάκρυα γονέων*] Locus difficilis et, ut nunc existimo, corruptus, quem qui ita defendi posse putavit v. d. in Diurn. Ienens. l. l., ut senes intelligerentur, quibus liberi non essent, non uno modo falsus est. Sententia quid requireret intellexit Coraes, sed Amiotum sequutus iusto audacius locum refinxit hoc modo: *καὶ δάκρυα γυναικῶν καὶ τέκνων περιβολάς*, probavitque eam correctionem Fridericus Iacobsius; *sed talia*, Schaeferus ait, *in narrationibus non resecanda ad vivum. Sic v. 11. legimus γονέας καὶ γυναῖκας, non γονέας καὶ γυναῖκας καὶ παῖδας, etsi etiam παῖδας in illa multitudine fuisse continuo sequentia ostendunt.* Schaeferus igitur ex Bryani coniectura *γονέων* mutavit in *γυναικῶν*, et omnino

περιβολὰς διαπερώντων εἰς τὴν νῆσον. Καίτοι πολλοὶ μὲν διὰ γῆρας ἀπολιμπανόμενοι τῶν πολιτῶν ἔλεον εἶχον· ἦν δέ τις καὶ ἀπὸ τῶν ἡμέρων

44. *διαπερώντων*] edd. vett. *διαπερόντων*. **45.** *ἀπολιμπανόμενοι*] Bodl. 3. Vulc. *ἀπολειπόμενοι*. *τῶν πολιτῶν*] post haec vv. Iunt. repetit *διὰ γῆρας*.

aut totum vocabulum delendum puto, aut, quod vero similius duco, admittendam istam Bryani emendationem. Nam et per se probabile est, mulieres, quarum propriae sunt lacrimae et amplexationes, commemorari, et facile librarius, cui quod modo scripserat *γονέας* obversabatur, negligenter aspiciens similis figurae vocabulum *γυναικῶν*, scribere potuit *γονέων*. Sed, ut dicam quod sentio, ipsum istud *γονέας* vereor ne scribarum sive negligentiae sive ignorantiae debeatur, non intelligentium quod ego suspicor Plutarchum scripsisse *γενεάς*, idemque, nisi mea me fallit memoria ante me alius aut hic, aut pro sequenti *γονέων* volebat reponi; sed *γονέων* quidem non mutandum est in *γενεῶν* sed in *γυναικῶν*. Exstat autem hoc verbum ea vi, ut parentes, uxorem liberosque comprehendat totamque significet familiam cum alibi apud Plutarchum, tum Pompei. XXVIII. *οἱ δὲ πλεῖστοι καὶ δυνατώτατοι γενεὰς μὲν αὐτῶν καὶ χρήματα καὶ τὸν ἄχρηστον ὄχλον ἐν φρουρίοις — εἶχον ἀποκείμενα*, qui locus imprimis aptus est ad demonstrandam scripturae integritatem Caesar. XX. *ἐπὶ δὲ τοὺς ἀγριωτάτους καὶ μαχιμωτάτους τῶν τῇδε, Νερβίους, ἐστράτευσεν, οἵπερ εἰς συμμιγεῖς δρυμοὺς κατῳκημένοι γενεὰς δὲ καὶ κτήσεις ἔν τινι βυθῷ τῆς ὕλης ἀπωτάτω θέμενοι τῶν πολεμίων —*, ubi praeposteram Corais correctionem, *γενεὰς* mutantis in *γυναῖκας*, a se admissam iure nunc repudiat Schaeferus. Adde Timol. XXXIV. *γενεὰς καὶ χρήματα ἀποδιδόναι*, et qui maxime huc pertinet locum de malign. Herodoti p. 867. B. XII. p. 324. H. *τῶν Εὐβοέων δεομένων ὀλίγον ἐπιμεῖναι χρόνον, ὅπως ὑπεκθοῖντο γενεὰς καὶ τὸ οἰκετικόν*, quod non intellectum ab nonnullis perperam commutatum est in *γυναῖκας*.

45. *ἀπολιμπανόμενοι*] forma ionica, cuius interpretatio est quod habent Bodl. 3. et Vulc. *ἀπολειπόμενοι*. Eadem forma usus est de adulat. et amic. discern. p. 58. D. ubi rursus Vulcobius *ἀπολειπόμενοι*. *Καταλιμπάνειν* Thucydides dixit VIII. 17. quod posterioris aetatis scriptoribus tribuit Baehrius ad Ctesiae rell. p. 197.

46. *ἔλεον εἶχον*] eiusmodi locis utuntur, qui *ἔχειν* idem quod *παρέχειν* significare somniant, vid. q. l. Schaef. ad Gregor. Cor. p. 4. cl. Act. philol. Monac. T. II. p. 31. Sed

καὶ συντρόφων ζώων ἐπικλῶσα γλυκυθυμία μετ᾽ ὠρυγῆς καὶ πόθου συμπαραθεόντων ἐμβαίνουσι
460 τοῖς ἑαυτῶν τροφεῦσιν· ἐν οἷς ἱστορεῖται κύων Ξανθίππου τοῦ Περικλέους πατρὸς οὐκ ἀνασχόμενος τὴν ἀπ᾽ αὐτοῦ μόνωσιν ἐναλέσθαι τῇ θαλάττῃ καὶ τῇ τριήρει παρανηχόμενος ἐμπεσεῖν εἰς τὴν Σαλαμῖνα καὶ λειποθυμήσας ἀποθανεῖν εὐθύς· οὗ καὶ τὸ δεικνύμενον ἄχρι νῦν καὶ καλούμενον Κυνὸς σῆμα τάφον εἶναι λέγουσι.

CAPUT XI.

Ταῦτα δὴ μεγάλα τοῦ Θεμιστοκλέους. Καὶ

50. *ἀνασχόμενος*] Vulc. *ἀνέχεσθαι*. 52. *ἐμπεσεῖν*] *ἐκπεσεῖν* coniicit Coraes.

XI. 1. *Καὶ τοὺς*] *ὃς καὶ* correxit Bryanus, quod recepit Coraes.

hoc quoque commentum sustulit Hermannus ad Gregor. Cor. p. 863. cl. ad Viger. p. 753.

46. *ἦν δέ τις καὶ ἀπὸ τῶν ἡμέρων κ. συντρόφων — γλυκυθυμία*] de praepositione vid. Act. philol. Monac. T. III. 2. p. 188.; de re compar. Aristides or. de quattuor vir. p. 193. Iebb. *καὶ τῶν κυνῶν φασι τῶν χειροήθων ὠρυομένων πρὸς τὴν ἀπόλειψιν καὶ τῶν ἄλλων θρεμμάτων ἐφεπομένων ἄχρι τῆς θαλάττης πολλὴν τὴν σύγχυσιν εἶναι.*

49. *κύων Ξανθίππου*] Caton. mai. V. *Ξάνθιππος ὁ παλαιὸς τὸν εἰς Σαλαμῖνα τῇ τριήρει παρανηξάμενον (κύνα), ὅτε τὴν πόλιν ὁ δῆμος ἐξέλιπεν, ἐπὶ τῆς ἄκρας ἐκήδευσεν, ἣν Κυνὸς σῆμα μέχρι νῦν καλοῦσιν.* De Xanthippo cf. ad c. XXI.

52. *παρανηχόμενος*] de hoc verbo nonnulla notavit Wyttenb. ad Moral. p. 983.

53. *λειποθυμήσας*] formam per *ῑ* praefert Schaeferus annot. ad Vol. III. p. 127. 32. cl. ad Vol. IV. 164. 9. et ad Demosthen. Vol. III. p. 400.

XI. 1. *Ταῦτα δὴ μεγάλα τοῦ Θεμ.*] Pronomen refertur ad praegressa, quod moneo propter Coraen: cf. Philopoem. XIII. *Ταῦτα μὲν οὖν καλὰ τοῦ Φιλοποίμενος:* ita scribendum ex codd. et edd. vett.; vulgo *τὰ καλά*.

Καὶ τοὺς πολίτας] ante particulam Bryanus addidit *ὃς* pronomen, absorptum putans syllaba finali voc. praecedentis, de quo etsi assensus est Coraes,

τοὺς πολίτας αἰσθόμενος ποθοῦντας Ἀριστείδην καὶ δεδιότας, μὴ δι' ὀργὴν τῷ βαρβάρῳ προσθεὶς ἑαυτὸν ἀνατρέψῃ τὰ πράγματα τῆς Ἑλλάδας (ἐξωστράκιστο γὰρ πρὸ τοῦ πολέμου καταστασιασθεὶς ὑπὸ Θεμιστοκλέους), γράφει ψήφισμα, τοῖς ἐπὶ

alteram tamen addidit suspicionem hanc: *καὶ ὅτι τοὺς πολ.*, quod Corae prior coniecerat Reiskius. Bryani correctionem olim ipsi probatam iure nuper abiecit Schaeferus, *haud raro enim*, inquit, *Plutarchus antecedentibus iungit sequentia sola utens copula abstinensque τοῖς ἀναφορικοῖς. Conf. p.* 189. 13. [cap. X. *καὶ τὰς καθ' ἡμέραν* —]. *Bekkerus* (*Ien. Allgem. Literat. Zeit.* 1810. *Nr.* 185. *col.* 275) *malit: Ταῦτά τε δὴ μεγάλα* —, *καὶ τοὺς πολίτας* —. *Hoc ut ut blandiatur, tamen non magis necessarium esse arbitror.*

2. *ποθοῦντας Ἀριστείδην*] vid. Aristid. VIII. *λύσαντες τὸν νόμον ἐψηφίσαντο τοῖς μεθεστῶσι κάθοδον, μάλιστα φοβούμενοι τὸν Ἀριστείδην μὴ προσθέμενος τοῖς πολεμίοις διαφθείρῃ καὶ μεταστήσῃ πολλοὺς τῶν πολιτῶν πρὸς τὸν βάρβαρον:* ubi nihil de Themistoclis opera refertur.

4. *ἐξωστράκιστο γὰρ πρὸ τοῦ πολέμου*] Aristides patria pulsus est Ol. 74. 2., quippe revocatus exilii anno tertio, cf. Aristid. VIII. *τρίτῳ δ' ἔτει* (exilii) *Ξέρξου διὰ Θετταλίας καὶ Βοιωτίας ἐλαύνοντος ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, λύσαντες τὸν νόμον κ. τ. λ.* Paullo aliter Herodotus VIII. 79., secundum quem ipso tempore pugnae Salaminiae nondum videtur revocatus fuisse, cf. Clinton. Fast. hellen. a. 483. Male Nepos Aristid. I.: sexto fere anno quam erat expulsus populi scito in patriam restitutus est. — Ceterum Themistocle auctore Aristidem in exilium missum esse et supra significavit c. V. cl. XII., et iisdem verbis refert Comp. Aristid. c. Cat. mai. II. Populi invidiam exilii caussam fuisse scribit Aristid. VII. Ceterum quod Amiotus haec verba ita convertit: *parce qu' il avoit esté parles menees de Themist. avant la guerre banni pour cinq ans:* nescio utrum codices sequutus sit, an suo sic instituerit ingenio. Utut est, res falsa est cum aliis de caussis, tum quod diserte decem annorum exilio multatus dicitur Aristid. l. l.

6. *τοῖς ἐπὶ χρόνῳ μεθεστῶσιν*] i. e. quibus certum exilii tempus constitutum esset, quibuscum non confundendi, quod tironum gratia annotamus, qui *ἐπ' ἀειφυγίᾳ* expulsi vel *πεφευγότες* dicuntur vel *φεύγοντες:* quamquam hoc quoque interdum, sed rarius, de ostracismo eiectis dicitur, v. Plut. Pericl. X., de qua re dubitasse videtur Wachsmuthius antiq. graec. Vol. III. p. 253.: his

χρόνῳ μεθεστῶσιν ἐξεῖναι κατελθοῦσι πράττειν καὶ λέγειν τὰ βέλτιστα τῇ Ἑλλάδι μετὰ τῶν ἄλλων πο-

enim vel perpetuum impositum erat exilium, vel certum reditus tempus non constitutum; adde quod bona iis ademta in publicum commodum convertebantur. Contra qui ostracismo, quem Clisthenes instituit, si fides Aeliano V. H. XIII. 24., e patria pulsi essent, iis decem annorum exilium praescriptum erat, vid. Pericl. X. Cimon. XVII., ut mittam alios, sic quidam, ut nec bona eorum publicarentur, nec honor adimeretur neque omnino poenam perpessi esse viderentur, cf. ad c. XXII. Plut. Aristid. VII. *μοχθηρίας γὰρ οὐκ ἦν κόλασις ὁ ἐξοστρακισμὸς, ἀλλ' ἐκαλεῖτο μὲν δι' εὐπρέπειαν ὄγκου καὶ δυνάμεως βαρυτέρας ταπείνωσις καὶ κόλουσις, ἦν δὲ φθόνου παραμυθία φιλάνθρωπος εἰς ἀνήκεστον οὐδὲν, ἀλλ' εἰς μετάστασιν ἐτῶν δέκα τὴν πρὸς τὸ λυποῦν ἀπερειδομένου δυσμένειαν*, qui locus totus videndus; mox ibidem: *τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα καρπούμενον τὰ αὐτοῦ.* Pericl. l. l. *ὁ μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸς ὡρισμένην εἶχε νόμῳ δεκαετίαν τοῖς φεύγουσιν.* Suidas voc. *ὀστρακισμός: ὀστρακισμὸς φυγῆς διαφέρει· ὅτι μὲν γὰρ φυγῆς ἁλόντων αἱ οὐσίαι ἐδημεύοντο, τῶν δὲ ὀστρακισμῷ ἀποστάντων οὐκ ἀφῄρει τὰ χρήματα ὁ δῆμος. Καὶ τοῖς μὲν χρόνος ἐνδείκνυται καὶ τόπος, οἱ δὲ φεύγοντες οὐδέτερον τούτων ἔχουσι*, quae eadem paullo emendatius scripta exstant in Schol. ad Aristoph. Equitt. v. 865. (851.) cl. ad Vesp. 982. (941.). De ostracismo cum alii plurimi exposuere, tum Schoemannus in libro de comitiis Atheniensium p. 244. et qui accurate ac diligenter, ut solet, de ea re disseruit C. Fr. Hermannus Doctr. antiq. graec. p. 122. 211. et 247. sq. Ceterum quod dicebam ostracismo pulsis bonorum fructum non fuisse ademtum, ne quis repugnare arbitretur infra c. XXV. extr. narratis, tenendum est, tum demum Themistoclis bona esse publicata, quum *προδοσίας* damnatus esset.

7. *κατελθοῦσι*] *κατιέναι* et *κατέρχεσθαι*, verba constat esse propria de exulibus in patriam redeuntibus, v. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 1196. *ἰδίως δὲ ἐπὶ τῶν φυγάδων χρῶνται τῷ κατέρχεσθαι*, et Porsonum ad Eurip. Med. v. 1011. De Cimone Plutarchus Pericl. X. *Περικλῆς — τὸ ψήφισμα γράψας αὐτὸς ἐκάλει τὸν ἄνδρα, κἀκεῖνος ἀπελθὼν εἰρήνην ἐποίησε ταῖς πόλεσιν:* corrigunt *ἐπανελθών*, vel quod Schaeferus nunc cum Bryano mavult *ἀνελθών*. Sed scribendum *κατελθών:* cf. Cimon. XVIII. *εὐθὺς μὲν οὖν ὁ Κίμων κατελθὼν ἔλυσε τὸν πόλεμον καὶ διήλλαξε τὰς πόλεις.*

λιτῶν. Εὐρυβιάδου δὲ τὴν μὲν ἡγεμονίαν τῶν νεῶν ἔχοντος διὰ τὸ τῆς Σπάρτης ἀξίωμα, μαλακοῦ δὲ περὶ τὸν κίνδυνον ὄντος, αἴρειν δὲ βουλομένου καὶ πλεῖν ἐπὶ τὸν Ἰσθμὸν, ὅπου καὶ τὸ πεζὸν ἤθροιστο

9. τῶν νεῶν] αὐτῶν νεῶν Bodl. 3.

9. *τὴν μὲν ἡγεμονίαν τῶν νεῶν ἔχοντος*] perversum est, quod v. d. in Diurn. Ienens. l. l. ex Bodl. 3. scriptura *αὐτῶν νεῶν* coniicit: *τὴν μὲν ἡγεμονίαν αὖ τῶν νεῶν ἔχοντος.*

10. *διὰ τὸ Σπάρτης ἀξίωμα*] propter principatum, quem tum tenebat Sparta, summa imperii in bellis rite ei deferebatur, cf. c. VII. Thucyd. I. 18. *οἱ Λακεδαιμόνιοι μὲν ξυμπολεμησάντων Ἑλλήνων ἡγήσαντο δυνάμει προέχοντες: μὴ εἶναι σφίσι πάτριον ἀκολουθεῖν ἄλλοις, ἀλλ' αὐτοὺς ἄλλων ἐξηγεῖσθαι* Alexandro imperium petenti respondent Lacedaemonii ap. Arrian. Exped. I. 1. Vid. q. l. C. Fr. Hermannus. l. l. p. 67. sqq.

μαλακοῦ δὲ περὶ τὸν κίνδυνον ὄντος] *πρὸς* vel *παρὰ τὸν κ.* maluit Reiskius; posterius placuit etiam Schaefero. Ego si opus esset mutatione, probarem *πρός:* cf. Pericl. XXVII. *τὸν Ἀρτέμωνα — πρὸς τοὺς φόβους μαλακὸν ὄντα καὶ καταπλῆγα.* T. II. p. 192. F. *ἐὰν ἀποδειλιάσητε πρὸς τὸν κίνδυνον.* Sed recte se habere existimo *περὶ*, cuius similia exempla attulit Matthiae gr. gr. p. 1178.

11. *αἴρειν δὲ*] *ἀπαίρειν δὲ* sine caussa idonea maluit Reiskius; pro *δὲ* fortasse quis requirat *τε*, sed recte dictum est *δέ*. Nam familiare est Graecis tales particulas, quales *δὲ*, *ἀλλὰ*, *γὰρ* non ad verba ipsa, sed ad eam, quae verbis inest, sententiam referre; hic autem, ut ego arbitror, *δὲ* particula hanc habet rationem, quod vv. *μαλακοῦ ὄντος* in hanc fere sententiam dicta sunt: *οὐκ ὄντος εὐθαρσοῦς* vel *θαρσαλέου*, ut plena adversandi vi instructa sit particula. Infra XXVII. *ὦ ξένε, νόμοι διαφέρουσιν ἀνθρώπων· ἄλλα δ' ἄλλοις καλὰ, καλὸν δὲ πᾶσι τὰ οἰκεῖα κοσμεῖν καὶ σώζειν:* i. e. non eadem sunt omnium instituta moresque, sed —. Sophocl. Philoct. v. 1251. *θάρσει· λόγους δ' ἄκουσον, οὓς ἥκω φέρων*, ubi v. Hermannus; atque sic defendendam puto Mar. III. librorum scripturam: *γενόμενος δὲ γονέων παντάπασιν ἀδόξων, αὐτουργῶν δὲ καὶ πενήτων* ab interpretum correctione, nam *ἀδόξων* nihil est aliud quam *οὐκ ἐνδόξων.*

12. *ὅπου καὶ τὸ πεζὸν*] Herodotus VIII. 71. *ὡς γὰρ ἐπύθοντο τάχιστα Πελοποννήσιοι τοὺς ἀμφὶ Λεωνίδαν ἐν Θερμοπύλῃσι τετελευτηκέναι, συνδραμόντες ἐκ τῶν πολίων ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἵζοντο. καί σφι ἐπῆν στρατηγὸς Κλε-*

τῶν Πελοποννησίων, ὁ Θεμιστοκλῆς ἀντέλεγεν·
ὅτε καὶ τὰ μνημονευόμενα λεχθῆναί φασι. Τοῦ
461 γὰρ Εὐρυβιάδου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος· „Ὦ Θεμι-
στόκλεις, ἐν τοῖς ἀγῶσι τοὺς προεξανισταμένους
ῥαπίζουσι“ „Ναὶ“ εἶπεν ὁ Θεμιστοκλῆς „ἀλλὰ

ὁμβροτος ὁ Ἀναξανδρίδεω, Λεωνίδεω δὲ ἀδελφεός. Ibidem agit de munitione Isthmi; quot gentes ex Peloponneso in Isthmo affuerint exponit idem c. 72.

14. τοῦ γὰρ Εὐρυβιάδου πρὸς αὐτὸν εἰπόντος] haec plenam lucem accipiunt ex Herodoto libr. VIII. 59. ὡς δὲ ἄρα συνελέχθησαν (duces Graecorum), πρὶν ἢ τὸν Εὐρυβιάδεα προθεῖναι τὸν λόγον τῶν εἵνεκα συνήγαγε τοὺς στρατηγοὺς, πολὺς ἦν ὁ Θεμιστοκλέης ἐν τοῖσι λόγοισι, οἷα κάρτα δεόμενος· λέγοντος δὲ αὐτοῦ ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς Ἀδείμαντος ὁ Ὠκύτου εἶπε· ὦ Θεμιστόκλεες ἐν τοῖσι ἀγῶσι οἱ προεξανιστάμενοι ῥαπίζονται· ὁ δὲ ἀπολυόμενος ἔφη· οἱ δέ γ' ἐγκαταλειπόμενοι οὐ στεφανοῦνται: ergo pro Eurybiade posuit Adimantum, neque aliter Plut. Apophth. p. 185. B. Ad Herodoti locum haec observavit Wesselingius: memoriae peccato Plutarchus Themist. p. 117. E. Eurybiadem dicti auctorem prodidit. Rectius [hoc non dixerim, nam quae ibi scripta sunt: Ἀδειμάντου δὲ ναυμαχεῖν μὴ τολμῶντος etc. minime in Adimantum, sed unice conveniunt Eurybiadi.] Apophth. p. 185. B. Adimantum Corinthium. Operam eidem, ex Plut. Them. derivato, insumsit Faber lib. I. Agonist. c. 19., Cruserii Latina, ob ῥαπίζειν alapis caedere, iure redarguens. In stadio citius, quam mos ferebat, προπηδῶντες, *in cursum emicantes*, sive προεξανιστάμενοι, sicuti hic et Strattis in Polluce III. 146. *flagris admonebantur* a μαστιγονόμοις. Plutarchus Apophth. ex Adimanti ore, τοὺς ἐν τοῖς ἀγῶσι προεξανισταμένους μαστιγοῦσιν [ἀεὶ], atque ea verbo virtus VII. 223. οἱ ἡγεμόνες — ἔχοντες μάστιγας ἐρράπιζον πάντα ἄνδρα, *flagris percutiebant*. Hoc amplius, οἱ ἐγκαταλειπόμενοι, Plutarchique ἀπολειπόμενοι et λειπόμενοι, non illi profecto, *qui domi relinquuntur*, sed *longe in cursu post tergum relicti victique* adeo, ex verbi notissimo usu. Haec Wesselingius: cui ut de reliquis facile assentior, ita dubito an non recte interpretatus sit participium ἀπολειπόμενοι, quod ego quidem, utpote oppositum v. προεξανίστασθαι, de iis suspicor intelligendum esse, qui cunctantur ad certamen prodire eoque victoria frustrantur, ut recte Cruserius interpretatus sit: *moratores*. De verbo ῥαπίζειν vid. Lobeckium ad Phryn. p. 175. sq.

τοὺς ἀπολειφθέντας οὐ στεφανοῦσιν·“ ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, ὁ Θεμιστοκλῆς ἔφη „Πάταξον μέν, ἄκουσον δέ.“ Θαυμάσαντος δὲ τὴν πρᾳότητα τοῦ Εὐρυβιάδου καὶ λέγειν κελεύσαντος, ὁ Θεμιστοκλῆς ἀνῆγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν λόγον. Εἰπόντος δέ τινος, ὡς ἀνὴρ ἄπολις οὐκ ὀρθῶς

22. *ὁ Θεμιστ.*] sic Par. et edd. vett., vulgo *ὁ μὲν Θ.*

18. *ἐπαραμένου δὲ τὴν βακτηρίαν*] *ἐπαναραμένου* suspicatur Valckenarius ad Herodot. VIII. 59., sed vulg. tuetur Galb. XXVI. *τὸ κλῆμα πρῶτον ᾧ κολάζουσιν ἑκατοντάρχαι τοὺς πληγῶν δεομένους ἐπαράμενος* et locus geminus in Apophth. p. 185. B. *ἐπαραμένου δὲ τοῦ Εὐρυβιάδου τὴν βακτηρίαν ὡς πατάξοντος, πάταξον μὲν οὖν εἶπεν, ἄκουσον δέ:* ac *διαράμενος* Lysandr. XV. *Ἀνέτεινεν αὐτῷ τὴν βακτηρίαν ὁ Εὐρ.* Aelianus dicit V. H. XIII. 40., ergo Plut. Mor. p. 551. A. *τὴν βακτηρίαν ἀνατεινάμενος τῷ παιδὶ* con fuit cur Reiskius corrigeret *ἐπανατεινάμενος.* Ceterum non recte Blomfieldus Gloss. ad Aeschyl. Pers. v. 728. de Themistocle loquitur ab Eurybiade baculo percusso, quam rem fabulam putat, quae originem traxerit ab Herodoti loco VIII. 59. Addo qui idem narrat Aristid. or. de quattuor vir. p. 194. Iebb.

19. *βακτηρίαν*] baculus gestamen ducum Lacedaemoniorum perpetuum, v. Plut. Lys. XV. Nic. XIX. Duker. ad Thucyd. VIII. 84. Wachsmuth. antiq. gr. T. II. 243. et Krueger. ad Xenoph. Anabas. II. 3. 11., cui tamen non assentior in eo, quod putat etiam apud relicuos Graecos milites vapulasse. Nam hoc nec per se credibile est, et loci, ex quibus id colligi posse existimat, contrariam potius vero similem reddun't sententiam.

22. *ἀνῆγεν αὐτὸν ἐπὶ τὸν λόγον*] *ἐπὶ τὸν σύλλογον*, ad conventum principum Graeciae, suspicatur Reiskius: atqui hoc ipsum, si umquam factum, factum est *ἐν τῷ συλλόγῳ*, v. Herodot. VIII. 59. Rectius Cruserius: *reduxit eum ad priorem orationem;* nam *λόγον* dicit sermonem Themistoclis, quo relicuis consilium suum probare studuerat. *Ἀνάγειν ἐπὶ τ. λόγον* dictum ut *ἀναλαμβάνειν τὸν λόγον*, *resumere disputationem, denuo tractare*, de quo rectius Buttmanno Ind. ad Platon. diall. disputarunt Wyttenbachius ad Plut. de S. N. V. p. 71. sq. et Stallbaumius ad Platon. Criton. VI.

23. *εἰπόντος δέ τινος*] dixit idem Adimantus, v. Herodot. VIII. 61. *λέγοντος Θεμιστοκλέους αὖτις ὁ Κορίνθιος Ἀδείμαντος ἐπεφέρετο σιγᾶν τε κελεύων τῷ μὴ ἔστι πατρὶς,*

διδάσκει τοὺς ἔχοντας ἐγκαταλιπεῖν καὶ προέσθαι τὰς πατρίδας, ὁ Θεμιστοκλῆς ἐπιστρέψας τὸν λόγον „Ἡμεῖς τοι“ εἶπεν „ὦ μοχθηρὲ, τὰς μὲν οἰκίας καὶ τὰ τείχη καταλελοίπαμεν, οὐκ ἀξιοῦντες ἀψύχων ἕνεκα δουλεύειν, πόλις δ᾽ ἡμῖν ἔστι μεγίστη τῶν Ἑλληνίδων αἱ διακόσιαι τριήρεις, αἳ

29. *διακόσιαι*] in quibusdam esse *τριακόσιαι* annotat H. Stephanus.

καὶ Εὐρυβιάδεα οὐκ ἐῶν ἐπιψηφίζειν ἀπόλι ἀνδρί· πόλιν γὰρ τὸν Θεμιστοκλέα παρεχόμενον οὕτω ἐκέλευε γνώμας συμβάλλεσθαι· ταῦτα δέ οἱ προέφερε ὅτι ἡλώκεσάν τε καὶ κατείχοντο αἱ Ἀθῆναι.

24. *τοὺς ἔχοντας*] scil. *πόλιν*, quod repetendum, ex *ἄπολις*, i. e. *οὐκ ἔχων πόλιν.*

25. *ὁ Θεμ. ἐπιστρ.*] *μὲν* particulam, quae vulgo interponitur, delevi quoniam in libris non exstat.

ἐπιστρέψας τὸν λόγον] haec verba ab plerisque interpretibus perperam intellecta plane respondent nostro: *die Sprache aendern*, idemque sensus videtur esse Herodotei: *λέγων μᾶλλον ἐπεστραμμένα* libr. VIII. 62., de quo v. Wesselingium ad VII. 160. Ceterum Herodotus c. 61. hoc fere modo scribit Themistoclem Adimanto respondisse: *κεῖνόν τε καὶ τοὺς Κορινθίους πολλά τε καὶ κακὰ ἔλεγε· ἑωυτοῖσί τε ἐδήλου λόγῳ ὡς εἴη καὶ πόλις καὶ γῆ μείζων ἤπερ κείνοισι, ἔστ᾽ ἂν διηκόσιαι νῆές σφι ἔωσι πεπληρωμέναι.*

26. *τὰς μὲν οἰκίας — καταλελοίπαμεν*] Nam *patriam municipes esse, non moenia, civitatemque non in aedificiis, sed in civibus positam* esse Atheniensibus persuaserat Themistocles: Iustinus libr. II. 12. 15. quocum concinit Aristides or. de quatt. vir. p. 207. Iebb. vereque Athenienses apud Thucydidem libr. I. 74. *προθυμίαν δὲ*, inquiunt, *καὶ πολὺ τολμηροτάτην ἐδείξαμεν, οἵ γε ἐπειδὴ ἡμῖν κατὰ γῆν οὐδεὶς ἐβοήθει, τῶν ἄλλων ἤδη μέχρι ἡμῶν δουλευόντων, ἠξιώσαμεν ἐκλιπόντες τὴν πόλιν καὶ τὰ οἰκεῖα διαφθείραντες μηδ᾽ ὧς τὸ τῶν περιλοίπων ξυμμάχων κοινὸν προλιπεῖν, μηδὲ σκεδασθέντες ἀχρεῖοι αὐτοῖς γενέσθαι, ἀλλ᾽ ἐσβάντες ἐς τὰς ναῦς κινδυνεῦσαι καὶ μὴ ὀργισθῆναι ὅτι ἡμῖν οὐ προετιμωρήσατε.*

29. *αἱ διακόσιαι τριήρεις*] male codd. ab H. Stephano memorati, quicunque illi sunt, exhibent *τριακόσιαι*, v. Herodot. l. l. Athenienses ap. Thucyd. l. l. paullum augentes rem, ut fit in orationibus: *παρεσχόμεθα ναῦς μέν γε ἐς τὰς τετρακοσίας ὀλίγῳ ἐλάσσους τῶν δύο μοιρῶν:* cf. Diodor. XI. 55. Aristides or. Panathen. p.

νῦν μὲν ὑμῖν παρεστᾶσι βοηθοὶ σώζεσθαι δι' αὐτῶν βουλομένοις, εἰ δ' ἄπιτε δεύτερον ἡμᾶς προδόντες, αὐτίκα πεύσεταί τις Ἑλλήνων Ἀθηναίους καὶ πόλιν ἐλευθέραν καὶ χώραν οὐ χείρονα κεκτημένους ἧς ἀπέβαλον." Ταῦτα τοῦ Θεμιστοκλέους
εἰπόντος, ἔννοια καὶ δέος ἔσχε τὸν Εὐρυβιάδην 462
τῶν Ἀθηναίων, μὴ σφᾶς ἀπολιπόντες οἴχωνται.
118 Τοῦ δ' Ἐρετριέως πειρωμένου τι λέγειν πρὸς αὐ-

30. *νῦν μὲν ὑμῖν*] *μὲν* addidi ex Par.; idem c. Bodl. 3. et Iunt. pro *ὑμῖν* praebet *ἡμῖν*. 36. *μὴ σφᾶς*] Par. *μή σφας*. 37. *τι λέγειν*] ita Par. et Bodl. 3. Reiskius tacitus scripsit *λέγειν τι*, nec aliter Coraes Schaeferusque. In edd. vett. et vulg. *τι* deest.

132. Iebb. Constitit autem universa Graecorum classis CCCLXXVIII. navibus, v. interprr. ad Herodot. VIII. 48. et infra ad c. XIV.

30. *νῦν μὲν ὑμῖν παρεστᾶσι*] quod in aliis libris pro *ὑμῖν* exstat *ἡμῖν*, ut aliquo modo intelligi posset, si *μὲν* particula abesset, ita addita ea particula ferri nequit: addidi autem bono commendatam libro propterea, quod oppositionis ratio videbatur postulare. Quae autem Fr. Caroli Wexii in epistola, quam ad Guil. Gesenium scripsit, critica p. 11. est ratio, hunc locum sic distinguentis *εἰ δ', ἄπιτε δεύτερον ἡμᾶς προδόντες! αὐτίκα κ. τ. λ.*, scilicet quo paullo nervosior fiat oratio, concedo ingeniosam esse, Plutarchea non est nec ferenda comprobata, quam nos recepimus, *μὲν* particula.

31. *δεύτερον*] vid. c. VII.

32. *πεύσεταί τις*] de usu pronominis v. Dukerus ad Thucyd. V. 14.

33. *χώραν οὐ χείρονα*] quam intelligeret terram disertis verbis significavit ap. Herodotum libr. VIII. 62. *εἰ δὲ ταῦτα μὴ ποιήσεις, ἡμεῖς μὲν ὡς ἔχομεν, ἀναλαβόντες τοὺς οἰκέτας κομιεύμεθα ἐς Σίριν τὴν ἐν Ἰταλίῃ, ἥπερ ἡμετέρη τέ ἐστι ἐκ παλαιοῦ ἔτι, καὶ τὰ λόγια λέγει, ὑπ' ἡμέων αὐτὴν δέειν κτισθῆναι· ὑμεῖς δὲ συμμάχων τοιῶνδε μουνωθέντες μεμνήσεσθε τῶν ἐμῶν λόγων*, ubi vid. interprr.

35. *ἔννοια*] *μέριμνα* s. *φροντὶς* interpretatur Coraes in addend. p. 479.

δέος — οἴχωνται] iure timebat Eurybiades: *ἀπολιπόντων γὰρ Ἀθηναίων οὐκέτι ἐγίνοντο ἀξιόμαχοι οἱ λοιποί*, Herodotus VIII. 63. De coniunctivo *οἴχωνται* vid. ad c. VII.

37. *Τοῦ δ' Ἐρετριέως*] Wesselingium ad Herodot. VIII.

τὸν „Ἦ γὰρ“ ἔφη „καὶ ὑμῖν περὶ πολέμου τίς ἐστι λόγος, οἳ καθάπερ αἱ τευθίδες μάχαιραν μὲν ἔχετε, καρδίαν δὲ οὐκ ἔχετε;“

38. *ἦ γὰρ*] Par. Vulc. Iunt. *εἰ γάρ*. *τίς ἐστι*] *τὶς ἐστὶ λόγ.* edd. vett. Vulgo *τις ἐστὶ λόγ.* 39. *οἳ καθάπερ*] Par. Vulc. Iunt. *οἷον καθάπερ*. *τευθίδες*] *τευθῖδες* Iunt.

61. si recte intelligo, videtur putasse, hominem hunc eundem esse, quem Plutarchus in praegressis significasset verbis: *εἰπόντος δέ τινος*, cui igitur tribuisset quae Herodotus Adimantum fecit loquentem: fortasse articulo motus sic statuit vir doctissimus, eius vero vis ea est, de qua dicetur ad c. XVIII.

πειρωμένου τι λέγειν] *cum ille aliquid dicere vellet.* Vim pronominis qui non intelligeret v. d. in Diurn. Ienens. l. l. quod *ἀντιλέγοντος* Plutarchum scripsisse coniecit, dubium est, utrum typothetae errori, an ipsius tribuendum sit festinationi; voluit autem, si recte coniicio, *ἀντιλέγειν*. Frustra tamen, vid. Demosthen. XI. *πρὸς δὲ τὸν κλέπτην — πειρώμενόν τι λέγειν:* eandemque dictionem Moral. p. 143. E. *ἡ Ἑρμιόνη δοκεῖ τι λέγειν ἀληθές, λέγουσα* — deleto voc. *ἀληθὲς* restitui volebat Wyttenbachius, de qua re alibi quaerendum erit; nunc sufficiat cum eo loco composuisse Platonicum: *ἡγοῦμαι γὰρ πάνυ λέγειν τι τὸν Ὅμηρον τὸ Σύν τε δύ' ἐρχομένω* etc. in Protagora p. 348. C. Pertinet huc etiam formula *οἴομαί τι εἶναι*, puto me aliquem esse, aliaque quae attulit Wyttenb. ad Mor. p. 505. Oxon.; de usu formulae *τι λέγειν* conf. Hermannus ad Viger. p. 731. Matthiae gr. gr. §. 486. 5. ac de simili usu pronominis *aliquid* apud Romanos Passovius ad Persii satyr. p. 364.

38. *ἦ γὰρ*] idem ille vir doctus in Diurn. Ienens. vituperat me, quod non receperim scripturam *εἰ γὰρ*, quam bonam monet praebere sententiam. Fortasse non iniuria; sed dubito de usu huius formulae Plutarcheo, de similibus quibusdam disseruit Wyttenbachius ad Plut. Moral. p. 113. A. Sed illud mirabile ac prorsus incredibile videbitur plerisque, in verbis quae statim sequuntur *οἳ καθάπερ αἱ τευθίδες* quum libri nonnulli fluctuent sic, ut praebeant *οἷον καθάπερ*, eundem scribendum coniecisse: *οἳ ἂν καθάπερ* —, nempe quo vis vocabuli praecedentis paullum imminueretur, ironiae quid adderetur. Ad enim hoc ad sententiam absonum, ad structuram etiam soloecum est.

39. *τευθίδες*] Piscis est genus, quod ut latine dicatur non satis intelligo. Insipidum et vilem fuisse innuit hic locus et testatur Schol. Aristoph. in Equit. Habuisse prominentem

CAPUT XII.

Λέγεται δ' ὑπό τινων τὸν μὲν Θεμιστοκλέα περὶ τούτων ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ἄνωθεν τῆς νεὼς διαλέγεσθαι, γλαῦκα δ' ὀφθῆναι διαπετομένην ἐπὶ τὰ δεξιὰ τῶν νεῶν καὶ τοῖς καρχησίοις ἐπικαθίζουσαν· διὸ δὴ καὶ μάλιστα προσέθεντο

5. *διὸ*] *δι' ὃ* cum H. Stephano Coraes Schaeferusque: hic quidem ex Aldina. *καὶ μάλιστα*] *καὶ* om. Bodl. 3.

proboscidem etiam hoc ex loco colligitur, et est eius descriptio apud Athenaeum haud procul ab fine libri septimi. *Xylander*. *Τὰ ἐν τῇ συνηθείᾳ καλούμενα, Καλαμάρια, μετενεχθέντος ἴσως τοὐνόματος ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ αὐτῇ συνηθείᾳ Καλαμαρίου, τοῦ σημαίνοντος τὴν τῶν γραφικῶν καλάμων θήκην ἅμα τε καὶ τοῦ γραφικοῦ μέλανος δοχεῖον, διὰ τὸν ἐν ταῖς τευθίσι θολόν, ὅν γε μὴν κατακόρως μελάντερον ἔχει ἡ σηπία, καὶ αὐτὴ τοῦ γένους οὖσα τῶν μαλακίων, ὥςπερ καὶ ἡ τευθίς. Ὃ δὲ λέγει περί τε τῆς μαχαίρας καὶ τῆς καρδίας τοιοῦτόν ἐστιν· οὐδὲν, ὥς φησιν Ἀριστοτέλης (Περὶ ζώων ἱστορ. Δ. κεφ. ά) τῶν μαλακίων ἔχει σπλάγχνον· τῶν δὲ ἐντὸς τῆς τε σηπίας καὶ τῆς τευθίδος δύο στερεῶν τὸ μὲν καλεῖται σήπιον, το δὲ ξίφος. Coraes.* Add. Wyttenb. ad Moral. p. 185. E.

XII. 4. *τοῖς καρχησίοις*] Schol. Pindar. Nem. V. 94. *καρχήσιον, ἐν ᾧ τὸν ἱμάντα ἐνείρουσι, τὸ ἀνώτατον τῆς κεραίας· τούτῳ τὸ ἱστίον προςανατείνουσιν, ὅταν θέλωσι δαψιλεῖ τῷ ἀνέμῳ χρῆσθαι οὐριοδρομοῦντες:* cf. interprr. ad Athenaei libr. V. p. 208. e. T. III. p. 174. Schweigh. et q. l. Schneiderus in Lex. s. v.

5. *διὸ δὴ καὶ μάλιστα κ. τ. λ.*] scilicet conspecta noctua spe victoriae erecti. Hesychius s. *γλαὺξ ἔπτατο· πρὸ τῆς μάχης ἐν Σαλαμῖνι γλαῦκά φασιν διαπτῆναι τὴν νίκην προσημαίνουσαν.* Schol. Aristoph. Equitt. 1102. (1091.) *γλαὺξ δὲ ἱερὸν ὄρνεον Ἀθηνᾶς· — ταύτης ἡ πτῆσις εἰς νίκης σύμβολον ἐλογίζετο, ὅθεν καὶ παροιμίαι, γλαῦκας ἐς Ἀθήνας — — καὶ γλαὺξ ἵπται.* Agathocles proelium cum Carthaginiensibus commissum referente Diodoro libr. XX. 11. *ὁρῶν τοὺς στρατιώτας καταπεπληγμένους τὸ πλῆθος τῆς βαρβαρικῆς ἵππου καὶ δυνάμεως, ἀφῆκεν εἰς τὸ στρατόπεδον κατὰ πλείονας τόπους γλαῦκας, ἃς ἐκ χρόνου παρεσκευάσατο πρὸς τὰς ἀθυμίας τῶν πολλῶν· αὗται δὲ διὰ τῆς φάλαγγος πετάμεναι καὶ προςκαθίζουσαι ταῖς ἀσπίσι καὶ ταῖς κράνεσιν εὐθαρ-*

τῇ γνώμῃ καὶ παρεσκευάζοντο ναυμαχήσοντες. Ἀλλ' ἐπεὶ τῶν πολεμίων ὁ στόλος τῇ Ἀττικῇ κατὰ τὸ Φαληρικὸν προσφερόμενος τοὺς πέριξ ἀπέκρυψεν αἰγιαλοὺς αὐτός τε βασιλεὺς μετὰ τοῦ πεζοῦ στρα-
463 τοῦ καταβὰς ἐπὶ τὴν θάλατταν ἄθρους ὤφθη, τῶν

σεῖς ἐποίουν τοὺς στρατιώτας, ἑκάστων οἰωνιζομένων διὰ τὸ δοκοῦν ἱερὸν εἶναι τὸ ζῷον τῆς Ἀθηνᾶς: v. ibi Wesselingius. Prudenter autem idem addit Diodorus: ταῦτα δὲ καίπερ ἄν τισι δόξαντα κενὴν ἔχειν ἐπίνοιαν, πολλάκις αἴτια γίνεται μεγάλων προτερημάτων.

καὶ μάλιστα] male defit καὶ particula in Bodl. tertio, hic quoque, ut toties alibi, vi intendendi instructa, de qua v. Kruegerus ad Dionys. Halic. historiogr. p. 274.

προσέθεντο τῇ γνώμῃ] dicitur et προσθέσθαι τῇ γνώμῃ τινὸς et προσθέσθαι γνώμην τινί: de utraque dictione vid. Act. philol. Monac. T. III. p. 317. —. Ad rem quod attinet, paullo aliter gestam scribit Herodotus maximeque Diodorus quam quos Plutarchus sequitur auctores. Nam Herodotus quidem libr. VIII. 64. Eurybiadem refert metu ne Athenienses abirent permotum pugnae consilium cepisse, mox vero accepto nuntio Isthmum peti a barbaris, denuo fugae consilium iniisse, c. 74. Aliter Diodorus XI. 15. sq. Qui postquam narravit, Themistoclis opera id esse effectum, ut duces ad Salamina pugnare decreverint pergit hoc modo c. 16.: τέλος δὲ κοινοῦ δόγματος γενομένου περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχεῖν, οἱ μὲν Ἕλληνες (scr. puto ἡγεμόνες, v. Observ. cr. in Diod. Sic. p. 9.) παρεσκευάζοντο τὰ πρὸς τοὺς Πέρσας καὶ πρὸς τὸν κίνδυνον· ὁ δ' οὖν Εὐρυβιάδης παραλαβὼν τὸν Θεμιστοκλέα παρακαλεῖν ἐπεχείρει τὰ πλήθη καὶ προτρέπεσθαι πρὸς τὸν ἐπιφερόμενον κίνδυνον· οὐ μὴν τὸ πλῆθος ὑπήκουεν, ἀλλὰ πάντων καταπεπληγμένων τὸ μέγεθος τῶν Περσικῶν δυνάμεων οὐδεὶς προσεῖχε τοῖς ἡγεμόσιν, ἀλλ' ἕκαστος ἐκ τῆς Σαλαμῖνος ἐκπλεῖν ἔσπευδεν εἰς τὴν Πελοπόννησον.

7. τῇ Ἀττικῇ κατὰ τὸ Φαληρικὸν] Herodotus libr. VIII. 66. οἱ δὲ ἐς τὸν Ξέρξεω ναυτικὸν στρατὸν ταχθέντες, θεησάμενοι τὸ τρῶμα τὸ Λακωνικὸν διέβησαν ἐς τὴν Ἱστιαίην, ἐπισχόντες ἡμέρας τρεῖς ἔπλωον δι' Εὐρίπου καὶ ἐν ἑτέρῃσι τρισὶ ἡμέρῃσι ἐγένοντο ἐν Φαλήρῳ: add. c. 67. De Phalero v. Leakii Topograph. Athen. p. 332. sqq. ex interpr. germ.

10. ἄθρους ὤφθη] *omnibus copiis*: cf. Lucull. XXVII. ἄθρους κατεφάνη. Sull. XII. ταῖς δ' Ἀθήναις — ἄθρους ἐπέστη, quem locum comparavit etiam Schaeferus.

δυνάμεων ὁμοῦ γενομένων, ἐξεῤῥύησαν οἱ τοῦ Θεμιστοκλέους λόγοι τῶν Ἑλλήνων καὶ πάλιν ἐπάπταινον οἱ Πελοποννήσιοι πρὸς τὸν Ἰσθμὸν, εἴ τις ἄλλο τι λέγοι χαλεπαίνοντες. Ἐδόκει δὲ τῆς νυκτὸς ἀποχωρεῖν καὶ παρηγγέλλετο πλοῦς τοῖς κυβερνήταις. Ἔνθα δὴ βαρέως φέρων ὁ Θεμιστοκλῆς, εἰ τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου καὶ τῶν στενῶν προέ-

17. *τοῦ τόπου*] legi etiam *τῶν τόπων* annotat H. Stephanus. *τῶν στενῶν*] Par., vulgo *τῶν στενωπῶν*, quod primus correxit Reiskius.

11. *ἐξεῤῥύησαν οἱ τοῦ Θ. λόγοι τῶν Ἑλλήνων*] Consuetudinis Plutarcheae verbum. Opp. Mor. p. 41. E. *τῆς ἀκοῆς ἐξεῤῥύη τὸ ἡδὺ*, voluptas evanuit ex auribus. 274. D. *ἔλαθον ἐκρυέντες τῶν ὅπλων*, non animadverterunt se ab armis desuevisse. 792. D. *περιόψεται τηλικαύτας ἀρετὰς καὶ τοσαύτας ἐκρυείσας τῆς ψυχῆς*. Vitarum p. 118. B. *ἐξεῤῥύησαν οἱ τοῦ Θ. λόγοι τῶν Ἑλλήνων*, effluxerunt Themistoclis admonitiones ex animis Graecorum. 498. C. *ἐξεῤῥύη τὸ φιλότιμον αὐτοῦ*. 532. E. *ἐκρυῆναι δὲ τῶν πολεμίων τὸ θάμβος*, ut hostes pavor relinqueret. — *Wyttenbachius* ad Moral. p. 565. Oxon., qui cum alia attulit, tum ex vitis addidit haec: p. 624. F. 668. E. 789. C. Ceterum de eadem re Aristides or. de quattuor vir. p. 194. Iebb. *ἐξεχέοντο ὑπὸ τοῦ δέους οἱ λόγοι καὶ ὁ δρασμὸς ἐνίκα*.

12. *ἐπάπταινον — πρὸς τὸν Ἰσθμὸν*] *πρὸς τὸν Ἰσθμὸν βλέποντας* in eiusdem rei narratione Graecos dixit Aristides l. l. p. 213. Est autem *παπταίνειν* vox homerica, cuius vis addita praepositione *πρὸς* haec est, ut circumspicere, respicere ad aliquid, maxime in rebus dubiis et anxiis, significet. Utitur eo voc. Plutarchus etiam in Anton. XXXVII. et Philopoem. XII. ubi v. Baehrius.

16. *Ἔνθα δὴ*] de eo usu *δὴ* particulae dictum in Praef. ad edit. min. p. XXII.: add. Them. X. init. Pyrrh. XVIII. s. fin. Schaefer. ad Plut. T. I. p. 432. 21. Krueger. ad Xenoph. Anabas. I. 8. 2.

17. *τὴν ἀπὸ τοῦ τόπου βοήθειαν*] Constat saepissime Graecos hac praepositione uti, ubi ab Romanis simplex ponitur genitivus, sic quidem, ut praepositio indicet, unde proficiscatur illud, quod substantivum significat; cf. Matth. gr. gr. §. 573. ac de simili usu praepositionis *ἐξ* Eduardum Vanderum ad Sophocl. Philoct. v. 60. et v. 91. Ceterum apparet, loci opportunitatem hanc dici, quod barbari propter angustias copiis suis uti non poterant:

μενοι βοήθειαν οἱ Ἕλληνες διαλυθήσονται κατὰ πόλεις, ἐβουλεύετο καὶ συνετίθει τὴν περὶ τὸν

καὶ μὴν ἥ γε φύσις τῆς θαλάττης ἄχρηστον τὸ πλῆθος τῶν νεῶν τοῖς βαρβάροις ἐποίησε: Aristid. or. de quattuor vir. p. 213. Iebb.

τῶν στενῶν] editum ex certissima Reiskii correctione, confirmata codice Parisino; vulgo *τῶν στενωπῶν*, quod memini quendam corrigere voluisse *στενῶν τόπων*, quae sane non rara in libris scriptis est confusio, atque ita apud Diodorum Exc. libr. XXXI. 2. Vol. IV. p. 34. 18. Diod. *ἐν οὕτω γὰρ στενωπῷ συγκεκλεισμένων πολλῶν ἀνδρῶν* corrigo *στενῷ τόπῳ:* sed hic quidem ferenda non est correctio ista. Nam et solemnis est istius loci appellatio *τὰ στενὰ*, v. Herodot. VIII. 60. Thucyd. I. 74. Plut. Aristid. VIII. Apophth. p. 185. B. all., et ipsum istud *στενωπῶν* ortum, ut suspicor, ex male repetita ac perperam cum *στενῶν* conflata lectione *τοπῶν*, quam pro *τόπου* H. Stephanus annotavit: denique quis ferat tam perversam coniunctionem *τοῦ τόπου — καὶ τῶν στενῶν τόπων?* Mihi quidem fateor multo magis hunc locum placiturum esse verbis *καὶ τῶν στενῶν*, ut ab interprete profectis, prorsus deletis; nam quod dicit loci auxilium, id ipsum in eo erat positum, quod locus angustissimus erat. Ceterum *στενῶν* ac *στενωπῶν* confusa etiam ap. Arrianum Exped. Alex. VI. 22.

18. *διαλυθήσονται κατὰ πόλεις*] rarior in hac formula usus est singularis *πόλιν*, cuius ex Plutarcho unum tantum nunc praesto est exemplum, Cleomen. XXV. *εἰδὼς γὰρ εἰς τὰ χειμάδια διεσπαρμένους κατὰ πόλιν — τοὺς Μακεδόνας*, ubi non erat cur praeferretur Anonymi correctio *πόλεις*. Saepius singulari usus est Diodorus, vid. libr. XVIII. 17. XV. 38. ubi vid. Wesselingium, eundemque ad XIX. 77. *διέδωκε τοὺς στρατιώτας κατὰ πόλιν εἰς τὴν χειμασίαν*. Notabilis est librorum scriptura ap. Arrianum Exped. Alex. IV. 25. *διαλυθέντες δὲ ὡς ἕκαστοι κατὰ πόλιν, ταύτας ἐπενόουν ἀπομαχούμενοι διασώζειν*. Ad rem quod attinet, nihil magis timendum esse, quam ne Graeci in suam quique urbem dilaberentur Mnesiphilus docuit Themistoclem apud Herodot. libr. VIII. 75. *οὔτοι ἄρα ἢν ἀπαίρωσι τὰς νῆας ἀπὸ Σαλαμῖνος, περὶ οὐδεμιῆς ἔτι πατρίδος ναυμαχήσεις· κατὰ γὰρ πόλις ἕκαστοι τρέψονται, καὶ οὔτε σφέας Εὐρυβιάδης κατέχειν δυνήσεται, οὔτε τις ἀνθρώπων ἄλλος, ὥστε οὐ μὴ διασκεδασθῆναι τὴν στρατιήν, ἀπολέεταί τε ἡ Ἑλλὰς ἀβουλίῃσι:* atque id ipsum fieri voluit Artemisia, mulier prudentissima, v. Herod. VIII. 68.

19. *τὴν περὶ τὸν Σικ. πρ.*] refert haec ut rem in vulgus notam.

Σίκιννον πραγματείαν. Ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος, αἰχμάλωτος, εὔνους δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ παιδαγωγός· ὃν ἐκπέμπει πρὸς τὸν Πέρσην κρύφα, κελεύσας λέγειν, ὅτι Θεμιστοκλῆς ὁ τῶν Ἀθηναίων στρατηγὸς αἱρούμενος τὰ βασιλέως ἐξαγγέλλει πρῶτος αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας ἀποδιδράσκοντας καὶ διακελεύεται μὴ παρεῖναι φυγεῖν αὐτοῖς, ἀλλ' ἐν ᾧ ταράττονται τῶν πεζῶν

20. *Σίκιννον*] ita h. l. et bis postea dedi ex Par. et Herodoto l. VIII. c. 75. et 110. vulgo *Σίκινον*. Bodl. 3. *Σίκκινον*, et sic Iunt. h. l. et mox *σίκκινος*. *Σικανὸς* vocatur in Etymol. M. v. *Σίκιννις*. 23. *Πέρσην*] scribi etiam *Ξέρξην*, annotat H. Stephanus. 25. *ἐξαγγέλλει*] edd. vett. *ἐξαγγέλει*. 27. *ταράττονται*] Par., vulgo *ταράσσονται*.

20. *ἦν δὲ τῷ γένει Πέρσης ὁ Σίκιννος, αἰχμάλωτος*] sic distinguendum fuit propter voc. *γένει*, quocum non potest, coniungi voc *αἰχμάλωτος*. De scriptura nominis vid. var. lect. et interprr. ad Herodot. VIII. 75. Schol. ad Aristid. T. III. p. 178. Dind. ubi pro corrupto *Δίκυνον* cod. Monac. *Σύκινον*. Bryanus annotat haec: *Vix credit Dacerius Themistoclem liberiis suis Persam praeficere voluisse, et hoc Plutarchum isto loco Herodoti male lecto deceptum referre censet*: *πέμπει ἐς τὸ στρατόπεδον τὸ Μήδων ἄνδρα*: *legebat nempe τῶν Μήδων ἄνδρα, quendam ex Medis.* Sed nihili est haec suspicio, etsi denuo nuper prolata ab R. H. E. Wichersio in disquis. crit. de font. et auctor. Corn. Nep. p. 28.: vid. Valcken. et Wessel. ad Herodot. l. l. Virum graecum missum esse perhibet Aeschylus Pers. v. 360. Blomf. *ἀνὴρ γὰρ Ἕλλην ἐξ Ἀθηναίων στρατοῦ ἐλθὼν* — Paullo aliter Diodorus Sicul. XI. 17.

21. *εὔνους δὲ τῷ Θεμ.*] Nepos vit. Them. IV. noctu de servis suis quem habuit fidelissimum ad regem misit.

23. *τὸν Πέρσην*] cf. ad c. VI.

26. *διακελεύεται μὴ παρεῖναι φυγεῖν αὐτοῖς*] *διακελεύεσθαι* videtur esse praecipere s. suadere *per internuncium*, ut saepe reperitur positum *διαγγέλλειν*. De re Herodotus VIII. 75. *νῦν παρέχει κάλλιστον ὑμέας ἔργον ἁπάντων ἐξεργάσασθαι, ἢν μὴ περιΐδητε διαδράντας αὐτούς*. Plutarchus Apophth. p. 703. R. *κρύφα πρὸς τὸν βάρβαρον ἔπεμψε παραινῶν, μὴ δεδιέναι τοὺς Ἕλληνας ἀποδιδρά-*

χωρὶς ὄντες ἐπιθέσθαι καὶ διαφθεῖραι τὴν ναυτι-
464 *κὴν δύναμιν. Ταῦτα δ' ὁ Ξέρξης ὡς ἀπ' εὐνοίας*
λελεγμένα δεξάμενος ἥσθη καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε

30. *καὶ τέλος*] Bodl. 3. *τέλος δ'*, omisso *καί*. *τέλος* in vett. codd. om. annotat H. Stephanus.

σχοντας: pro *δεδιέναι* malim *διεῖναι*.

29. *ὡς ἀπ' εὐνοίας λελεγμένα δεξάμενος*] Herodotus VIII. 76. *τοῖσι δὲ ὡς πιστὰ ἐγένετο τὰ ἀγγελθέντα.* Aeschyl. Pers. v. 367. *ὁ δ' — οὐ ξυνεὶς δόλον.* Nepos. l. l.: *barbarus nihil doli subesse credens.* Diodor. XI. 17. *ὁ βασιλεὺς διὰ τὴν πιθανότητα τῶν προςαγγελθέντων πιστεύσας ἔσπευδε κωλῦσαι τὰς ναυτικὰς δυνάμεις τῶν Ἑλλήνων τοῖς πεζοῖς στρατοπέδοις πλησιάζειν.*

30. *καὶ τέλος εὐθὺς ἐξέφερε — τὰς μὲν ἄλλας πληροῦν κ. τ. λ.*] Interpretum de hoc loco sententias sigillatim referre eo magis consultum videtur, quo minus inter se conveniunt. Primum igitur *H. Stephanus,* vet. codd., inquit, non habent *τέλος:* legitur enim in illis *ἥσθη καὶ εὐθύς*, ac profecto non convenit vocab. *τέλος* (quod significaret hic *denique*) cum *εὐθύς*. Ad quae respondet *Bryanus* his verbis: retineri potest *τέλος*, si modo significet *edictum*, *praeceptum*, ut *οἱ ἐν τέλει* denotat magistratus, atque ita construi videtur haec vox cum eodem verbo coniuncta in Coriolano p. 59. [c. VI.] *μηδὲν τέλος ἐκφερούσης.* Paucioribus defungitur *Reiskius:* fort., inquit, *καὶ γελάσας εὐθύς*, statimque cum gaudio rem ad magnates extulit, vel retulit. *Coraes* postquam annotavit, lectionem *καὶ εὐθύς* ab Stephano annotatam sequutum videri Amiotum, cuius haec verba sunt: Xerxes — le reçut à grande ioye et incontinent fit savoir à ses capitaines de marine, qu'ils embarquassent leurs gens sur les autres vaisseaux tout à loisir: pergit ita: *καὶ δίχα γὰρ ταύτης καλῶς ἔχει τὸ Ἐξέφερε, συναπτόμενον πρὸς τὸ Ταῦτα, τὰ λελεγμένα δηλονότι ὑπὸ Θεμιστοκλέους· πλὴν εἰ μή τις τὸ Τέλος, ὡς συνώνυμον ἐνθάδε τῆς Ἐντολῆς ἐκδέχοιτο, ἵν' ᾖ Ἐντολὴν ἐξέφερε, τουτέστιν ἐνετείλατο τοῖς ἡγεμόσι τῶν νεῶν. Καὶ αὐτὸ γὰρ τὸ Τέλλω (ἐν συνθέσει Ἐντέλλω καὶ Ἐπιτέλλω) παρὰ τὸ θεματικώτερον Τέλω παρῆκται, ἐξ οὗ καὶ τὸ Τελέω καὶ τὸ Τελέθω.* Miror virum doctissimum non vidisse abiecto vocabulo *τέλος* sequentia *τὰς μὲν* etc. carere verbo, nisi *ἐκφέρειν* significare putabimus *iubere*, *edicere*. Inclinavit tamen in eamdem sententiam Schaeferus, qui vellem equidem addidisset suum de reliquorum structura ac sententia verborum iudicium. Quod quum facere

πρὸς τοὺς ἡγεμόνας τῶν νεῶν, τὰς μὲν ἄλλας πλη-

neglexerit, ego eo minus hanc rationem comprobandam duxi, quo levius est illud, quod de librorum narrant fluctuationibus. Nam praeter Bodleianum tertium nullus ad hunc diem liber repertus est, quem certo constet eo vocabulo carere. Sed sit sane in uno alterove codice omissa vox ista, ne id quidem magni momenti putamus. Nam cur omissa sit tam apertum est, quam obscurum alterum, unde duxerit originem. Caussa cur a quibusdam neglecta sit cogitari potest duplex, vel quod ignota scribis esset dicendi formula *τέλος ἐκφέρειν*, vel quod *τέλος* adverbii vi positum censentes cum *εὐθὺς* copulari posse non putarent; quam vidimus H. Stephani fuisse opinionem; accedit quod liber Bodleianus iste per totum Plutarchum permultis verborum lacunis haud mediocrem prodit librariorum eum exarantium socordiam. Contra quo pacto in libros potuerit inferri istud vocabulum tam est obscurum, ut numquam quicquam viderim obscurius. Id ergo quomodo fieri potuerit doceant necesse est, quibus delendum videatur vocabulum. Iam si quis quaerat, quo pacto formulam *τέλος ἐκφέρειν* interpreter, egregie mihi ad explicationem eius facere videtur locus vitae Coriolani a Bryano indicatus: *συνιούσης δὲ περὶ τούτων πολλάκις ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ τῆς βουλῆς καὶ μηδὲν τέλος ἐκφερούσης.* Nimirum *τέλος*, a quo formata sunt *τελέω*, *τέλλω*, *finem* significat non eum, quo quid esse desinat, sed quo perducatur eo, quo debuit. Iam vero senatus ubi de re aliqua deliberandum est, convenit ita, ut quum decretum aliquod fecerit, consultatio ipsa ad finem sit perducta decretumque istud, ut est, ita possit appellari finis, *τέλος*, consultationis: quo nomine comparatum volo germanicum *Beschluss.* Tale autem consultum edicti est instar. Sed dissentit Schaeferus de interpretatione illius loci, probans interpretem, qui reddiderit: *nec quicquam expediente.* At enim Cruserius, quod eo modo vertit, nimirum fecit, quod licet interpreti, liberius reddidit sententiam, ut hoc quidem nihil valeat ad interpretationem nostram reiiciendam, quam confirmatam volumus cum aliis locis mox addendis, tum eiusdem Coriolani c. XVI. *εὐθὺς οὖν βουλῆς ἀθροισθείσης περιχυθεὶς ὁ δῆμος ἔξωθεν ἐκαραδόκει τὸ τέλος.* Hoc autem loco Plutarchus voc. *τέλος* pro *edicto* videtur usus esse, quam significationem adstruere poteram aliis quibusdam eiusdem generis formulis, sed dicendi otium fecit Wachsmuthius, qui in libro, quem scripsit de antiquitate graeca Vol. I. P. 1. p. 324. sqq. acute de eo vocabulo exposuit. Satis igitur est exempla eius usus attulisse; habeo autem praeter haec Plutarchea duo Dionysii Halicarnassensis, alterum H. Stephano debetur in

ροῦν καθ᾽ ἡσυχίαν, διακοσίαις δ᾽ ἀναχθέντας ἤδη περιβαλέσθαι τὸν πόρον ἐν κύκλῳ πάντα καὶ διαζῶσαι τὰς νήσους, ὅπως ἐκφύγῃ μηδεὶς τῶν πολεμίων. Τούτων δὲ πραττομένων Ἀριστείδης ὁ Λυσιμάχου πρῶτος αἰσθόμενος ἧκεν ἐπὶ τὴν σκηνὴν τοῦ Θεμιστοκλέους, οὐκ ὢν φίλος, ἀλλὰ καὶ δι᾽ ἐκεῖνον ἐξωστρακισμένος, ὥςπερ εἴρηται, προελθόντι δὲ τῷ Θεμιστοκλεῖ φράζει τὴν κύκλωσιν. Ὁ δὲ τήν τε ἄλλην καλοκαγαθίαν τοῦ ἀνδρὸς εἰδὼς καὶ τῆς τότε παρουσίας ἀγάμενος λέγει τὰ περὶ τὸν Σίκιννον αὐτῷ καὶ παρεκάλει τῶν Ἑλλήνων

32. *διακοσίαις δ᾽*] *δ᾽* om. Iunt. 33. *πάντα*] Iunt. *πάντας*. 34. *ἐκφύγῃ*] Par. *ἐκφύγοι*. 38. *ὥςπερ*] Bodl. 3. *ὡς*. 40. *τήν τε*] *τήν τ᾽* editur inde ab Reiskio. 41. *λέγει*] Par. Bodl. 3. vulgo *φράζει*. 42. *Σίκιννον*] Iunt. *σικίνιον*.

Thesauro linguae graecae, alterum meum est. Dionysius igitur antiq. Rom. VII. 45. T. III. p. 1412. R. dixit *οὐδὲν ὠμὸν οὐδὲ ὑπερήφανον ἐξήνεγκαν τέλος καθ᾽ ἡμῶν*. Ibid. VIII. 54. p. 1632. *περὶ μὲν τῆς καθόδου μήτε τὴν βουλὴν τέλος μηθὲν ἐκφέρειν εἰς τὸν δῆμον μήτ᾽ ἐκεῖνον ἐπιψηφίζειν, πρὶν ἂν τοῖς Οὐολούσκοις εὐπρεπῆ γένηται τὰ περὶ φιλίας καὶ καταλύσεως τοῦ δήμου*. qui locus non suspectandus. Idem valet his in locis formula ista quod *τὰ βουλευθέντα εἰς τὸν δῆμον ἐκφέρειν*, ut loquitur idem VIII. 36. p. 1589. Ceterum Aeschylus haec narrans Pers. v. 369. dixit *πᾶσιν προφωνεῖ τόνδε ναυάρχοις λόγον*.

32. *ἤδη περιβαλέσθαι*] *iam nunc*, statim, cf. infra XXIX. et Krueger. ad Xenoph. Anabas. I. 3. 11.; de re Aeschylum l. l.

41. *λέγει τὰ περὶ τὸν Σίκ.*] vulgatum *φράζει* etsi per se aptissimum est *indicandi* et *exponendi* significatione. v. interpr. ad Soph. Philoct. v. 559. Br., positumque in eiusdem rei narratione ab Plutarcho Aristid. VIII. *ἅμα δ᾽ αὐτῷ φράσας τὴν ὑφ᾽ ἑαυτοῦ κατασκευασθεῖσαν ἀπάτην πρὸς τὸν βάρβαρον* ac similiter Pelopid. VII. *πέμπουσι κρύφα — τὰ δεδογμένα φράζοντες*: bonorum tamen librorum auctoritas alterum praeferri iussit, praesertim cum prona sit suspicio, alterum librariorum errore ex praegressis male esse repetitum.

ἐπιλαμβάνεσθαι καὶ συμπροθυμεῖσθαι πίστιν ἔχοντα

43. ἐπιλαμβάνεσθαι] Par. Bodl. 3. et edd. vett., vulgo συνεπιλαμβάνεσθαι.

43. ἐπιλαμβάνεσθαι] hoc quamquam κακὴ γραφὴ appellatur ab Corae, de cuius origine exposuerit ad Isocrat. T. II. p. 245. et 339., nolui postponere reliquorum scripturae interpretum συνεπιλαμβάνεσθαι, cuius suspecta vel potius nulla est, quantum quidem hodie constat, ab libris scriptis auctoritas, si quidem primus H. Stephanus tacito sic edidit. Neque caussa mutationis obscura: scilicet quod sequitur συμπροθυμεῖσθαι suadere videbatur, ut hic quoque eiusdem generis compositum reponeretur, qui frequens est correctionum fons composito verbo praecedente, sequente simplici, v. Aristid. VI. τὸ θεῖον, ᾧ γλίχονται συνοικειοῦν καὶ ἀφομοιοῦν αὑτούς: sic correxi ex cod. Paris., vulg. συναφομοιοῦν. Caton. min. XXXV. videndum ne vera sit cod. Monac. scriptura συμπλεῖν καὶ διαλλάττειν, et quae multa, partim similia, partim dissimilia attulit I. C. Fluegelius Observatt. crit. in vit. Phocion. p. 14. sq. et Schaeferus in Ind. ad Gregor. Corinth. p. 1032. et ad Demosthen. T. I. p. 246. Is igitur usus satis est frequens, quo praegresso verbo composito additur simplex sic, ut praepositionis vis ac notio etiam ad ipsum pertineat: multo rarius praecedit simplex, sequitur compositum, ut hoc loco, passimque eiusmodi loci tum ab librariis, tum ab interpretibus sunt immutati. Plut. Demosthen. XXVII. Δημοσθένης δὲ τοῖς ἐξ ἄστεος πρεσβεύουσι προσμίξας ἑαυτὸν ἠγωνίζετο καὶ συνέπραττεν ὅπως αἱ πόλεις συνεπιθήσονται τοῖς Μακεδόσι. Alcibiad. XXIV. ταῖς — καθ' ἡμέραν ἐν τῷ συσχολάζειν καὶ συνδιαιτᾶσθαι χάρισιν οὐδὲν ἦν ἄτεγκτον ἦθος, οὐδὲ φύσις ἀνάλωτος: videndum de optimi Parisini scriptura σχολάζειν. Xenophon Memor. IV. 3. 6. ὥστε καὶ φυτεύειν τε καὶ συναύξειν τῇ γῇ καὶ ταῖς ὥραις πάντα τὰ χρήσιμα ἡμῖν, quem locum, etsi aliter scriptum p. 16. attulit Fluegelius, qui quod addit, eodem modo Reiskium emendare voluisse Plut. Lycurg. XIII. ἀλλ' ἀνάγκη ἁρμόζεσθαι καὶ συνεξομοιοῦσθαι τῇ μὲν οἰκίᾳ τὴν κλίνην correcto ἁρμόζεσθαι in συναρμόζεσθαι, nec probandum esse, quod eam correctionem receperit Schaeferus, non cogitavit, vulgatam ibi scripturam fuisse ἀνάγκη ἴσην ἁρμόζεσθαι, quam ego quidem non dubito, quin una littera deleta syllabaque sequenti vocabulo adiuncta vere emendaverit Reiskius.

πίστιν ἔχοντα] πίστιν ἔχειν h. l. dicitur is, cui ab aliis fides habetur; sic Dion. XIX. et Aristid. IX. ubi eadem res narratur, cl. Herodot. VIII. 80.

μᾶλλον, ὅπως ἐν τοῖς στενοῖς ναυμαχήσωσιν. Ὁ μὲν οὖν Ἀριστείδης ἐπαινέσας τὸν Θεμιστοκλέα τοὺς ἄλλους ἐπῄει στρατηγοὺς καὶ τριηράρχους ἐπὶ τὴν μάχην παροξύνων. Ἔτι δ' ὅμως ἀπιστούντων ἐφάνη Τενεδία [μία] τριήρης αὐτόμολος, ἧς ἐναυ-

48. *Τενεδία [μία]*] *Τηνία* corrigentem Palmerium sequitur Coraes Schaeferusque; *μία* deleri voluit Reiskius.

81. Aliter haec narrat Diodorus XI. 17. Aristidis operam in ea re nullam faciens.

44. *ὅπως — ναυμαχήσωσιν*] Immo *ναυμαχήσουσιν*. Quod placet etiam Bekkero Ien. Allgem. Literat. Zeit. 1810. N. 186. col. 285. *Schaeferus*. Fortasse vere, quamquam videndum, ne recte se habeat coniunctivus verbis in hanc sententiam acceptis: suasit ei secum operam impendere, qua id efficeretur, ut in angustiis pugnam navalem committerent. Vid. tamen ad c. XVI.

48. *ἐφάνη Τενεδία [μία] τριήρης*] Herodotus libr. VIII. 82. *ἀπιστεόντων δὲ τούτων ἧκε τριήρης ἀνδρῶν Τηνίων αὐτομολέουσα, τῆς ἦρχε ἀνὴρ Παναίτιος ὁ Σωσιμένεος, ἥπερ δὴ ἔφερε τὴν ἀληθηΐην πᾶσαν:* ex quo loco profectus Palmerius correxit *Τηνία*, quod Bryano probatum recepere Coraes et Schaeferus; *μία*, quod intactum reliquerat Palmerius, in suspicionem vocavit Reiskius his verbis: *in μία latet νία exitus vocabuli τηνία, quare delendum est, ut mera correctio vocabuli τενεδία.* Nec dubitarunt Reiskium sequi Coraes ac Schaeferus, quod probandum duco: neque enim ulla videtur caussa esse, ob quam illud imprimis attendi debeat, non plures, sed unam fuisse navem, quae ad Graecos transfugiens hoc pernuntiaverit. Verum ne sic quidem sine libris damnare volui; multo minus tentandum putavi *Τενεδία* propter solam Herodoti auctoritatem. Omnino enim nego recte agere eos, qui eiusmodi inter duos scriptores dissidium ubique librorum malunt corruptelae, quam ipsis tribuere scriptoribus: minime vero ex Herodoto aliqua in re dissentiente ab Plutarcho ego corrigere ausim Chaeronensem, qui tantum abest, ut ubique pendeat ab Herodoto, ut ubi possit aliorum malit quam Herodoti uti fide et auctoritate, alienum suum ab eo animum nequaquam dissimulans. Sed id alius erit tractationis argumentum, interim videantur quae significavi ad Aristid. XIX. Itaque hic etiam eum alios arbitror secutum esse auctores, quorum unus *Tenediam*, non *Teniam* navem, fecerit transeuntem, sive suo ipsius errore, sive ita rem habens compertam. Utut est, sine libris nihil tentandum fuit, etsi de eo vix licet dubitare, quin veriora tradiderit Herodotus,

ἄρχει Παναίτιος, ἀπαγγέλλουσα τὴν κύκλωσιν, ὥςτε καὶ θυμῷ τοὺς Ἕλληνας κινῆσαι μετ᾽ ἀνάγκης πρὸς τὸν κίνδυνον.

CAPUT XIII.

Ἅμα δ᾽ ἡμέρᾳ Ξέρξης μὲν ἄνω καθῆστο τὸν

49. τὴν κύκλωσιν] male ap. Huttenum excidit artic., unde in Corais et Schaeferi editt. desideratur. 50. θυμῷ] θυμὸν maluit Reiskius videturque sic legisse Amiotus. XIII. 1. δ᾽ ἡμέρᾳ] δ᾽ om. Iunt.

idque adducto Pausaniae loco libr. V. c. 23. ad Herodotum observavit Valckenarius.

49. ὥςτε καὶ θυμῷ τοὺς Ἕλληνας κ. τ. λ.] Interpres latinus: *ita iam ira quoque praeter necessitatem stimulavit Graecos ad confligendum.* Reiskius, *malim*, inquit, θυμὸν *in accusativo: adeo ut ira, una cum necessitate, Graecos moveret.* Id secutus Amiotus convertit: tellement qu' autre la necessité le depit encore que les Grecs en conceurent les incita à vouloir essayer le hazard de la bataille. Moseri suspicionem in Creuzeri melet. T. II. p. 34. ὥςτε καὶ δεῖμα τ. E. verbo memorasse satis est; aptius videtur quod ibidem proposuit Schaeferus, ὥςτε καὶ ἀθύμους, quod nonnihil commendatur loco Aristid. VIII. ὥςτε καὶ τοὺς μὴ θέλοντας ἀνάγκη κατείληφεν ἀγαθοὺς ἄνδρας εἶναι καὶ μάχεσθαι· φυγῆς γὰρ ὁδὸς οὐ λέλειπται, quamquam ὁ μὴ θέλων μάχεσθαι non potest continuo dici ἄθυμος. Ego non puto mutatione opus esse, sed ad κινῆσαι non navem, sed Themistoclem vel una cum Themistocle Aristidem intelligo subiectum. Nam quae hic narrantur quum omnia Themistoclis opera effecta sint, nihil habet offensionis, quod subiectum non diserte additum est: id enim quale sit contextus ipse docet. Irati dicuntur Graeci, ut opinor, quoniam turpe ipsis videbatur cingi a barbaris; similiter θυμὸς Sertor. XXI. τοὺς δ᾽ ἀκούσαντας αἰδὼς ἔσχεν ἐγκαταλιπεῖν τὸν ἡγεμόνα καὶ θυμὸς ἅμα πρὸς τοὺς πολεμίους παρέστη. Aristides rhetor in eiusdem rei narratione or. Panathen. p. 140. Iebb. de Graecis dixit: ὥςτε πρὸς βίαν θαρρῆσαι.

XIII. 1. ἅμα ἡμέρᾳ] articulum Plutarchus in hac formula aut raro addidit aut numquam: ego quidem etsi frequens est eius usus, additi exemplum nunc non recordor. Aliter Xenophon, de cuius usu vid. Kruegerus ad Anabas. VI. 1. 6.

ἄνω καθῆστο] hic quoque Herodoti mentionem facere noluit, secundum quem libr. VIII. 90. Xerxes pugnam spectabat

στόλον ἐποπτεύων καὶ τὴν παράταξιν, ὡς μὲν Φανόδημός φησιν, ὑπὲρ τὸ Ἡράκλειον, ᾗ βραχεῖ πόρῳ διείργεται τῆς Ἀττικῆς ἡ νῆσος, ὡς δ' Ἀκεστόδωρος, ἐν μεθορίῳ τῆς Μεγαρίδος ὑπὲρ τῶν καλουμένων Κεράτων χρυσοῦν δίφρον θέμενος καὶ γραμματεῖς πολλοὺς παραστησάμενος, ὧν ἔργον ἦν

3. βραχεῖ] Iunt. βραχὺ. 5. μεθορίῳ] Par. μεθορίᾳ.

κατήμενος ὑπὸ τῷ οὔρεϊ τῷ ἀντίον Σαλαμῖνος, τὸ καλέεται Αἰγάλεως: vid. ibi interpr. et Wesseling. ad Diodor. Sic. XI. 18. ὑψηλὸν ὄχθον Xerxis sedem memorat Aeschylus Pers. v. 473. —. *Phanodemi*, qui mox memoratur, incerti aevi scriptoris, opera recenset Siebelis in eius fragm. p. VII., hunc locum inter Ἀτθίδος fragmenta referens p. 12. *Acestodori* quoque aevum incertum, v. Vossius de histor. gr. p. 314. Ceterum propter locorum rationem et indolem Phanodemi narrationem verosimiliorem videri observavit Krusius Hellad. Vol. II. P. 1. p. 318.

3. τὸ Ἡράκλειον] Ctes. Persic. XXVI. p. 70. Baehr. ἐλθὼν ἐπὶ στενώτατον τῆς Ἀττικῆς, ὃ Ἡράκλειον καλεῖται: cf. Strabon. IX. p. 395.

5. ἐν μεθορίῳ] Eumen. X. ἐν μεθορίῳ Λυκαονίας καὶ Καππαδοκίας: τὸ μεθόριον Moral. p. 132. D. 133. C. Μεθορίᾳ codicis Parisini et ipsum probum, atque Ἀράβων καὶ Ἀσσυρίων μεθορίᾳ Plutarchus dixit in Crasso.

τῶν καλουμένων Κεράτων] Strabon. IX. p. 604. ἐν δὲ τῇ παραλίᾳ τῇ κατὰ Σαλαμῖνα κεῖσθαι συμβαίνει τὰ ὅρια τῆς Μεγαρικῆς καὶ τῆς Ἀτθίδος ὄρη δύο, ἃ καλοῦσι Κέρατα: cl. Diodor. XIII. 65. Dodwell. Itiner. T. I. P. 2. p. 345. sqq. ex interpr. Sickleri.

6. χρυσοῦν δίφρον] qui aliis vocatur ἀργυρόπους δίφρος: vid. Demosthen. c. Timocr. p. 741, 5. τὰ ἀριστεῖα τῆς πόλεως, ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τῶν βαρβάρων, ὑφῃρημένος τῆς ἀκροπόλεως τόν τε δ ί φ ρ ο ν τ ὸ ν ἀ ρ γ υ ρ ό π ο δ α καὶ τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους δαρεικούς. Harpocrat. Lex. p. 28. Lips. Ἀργυρόπους δίφρος, ὁ Ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἐφ' οὗ καθεζόμενος ἐθεώρει τὴν ναυμαχίαν· ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸν Παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς. Tzetzes Chiliad. I. 978. αὐτὸς ὁ Ξέρξης ἄνωθε τοῦ Αἰγιαλέου ὄρους, ὅπερ ἐστὶ καταντικρὺ κείμενον Σαλαμῖνος χρυσῷ θρόνῳ καθήμενος ὥρα τὴν ναυμαχίαν, καὶ γραμματεῖς παρίσταντο μέλλοντες ταύτην γράφειν.

7. γραμματεῖς] γραμματιστὰς regis memorat etiam Herodot. VII. 100. VIII. 90., constatque aliorum etiam testi-

ἀπογράφεσθαι κατὰ μάχην τὰ πραττόμενα. Θεμιστοκλεῖ δὲ παρὰ τὴν ναυαρχίδα τριήρη σφαγιαζομένῳ τρεῖς προσήχθησαν αἰχμάλωτοι, κάλλιστοι μὲν ἰδέσθαι τὴν ὄψιν, ἐσθῆσι δὲ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένοι διαπρεπῶς· ἐλέγοντο δὲ Σανδαύκης παῖδες εἶναι τῆς βασιλέως ἀδελφῆς καὶ Ἀρταΰκτου.

8. κατὰ μάχην] κατὰ τὴν μάχην cum Corae Schaeferus. 11. ἐσθῆσι δὲ] δὲ om. Par. 12. Σανδαύκης] Σανδάκης Par. Vulc. Amiotus, Coraes, Schaeferus. 13. Ἀρταΰκτου] scripsi cum Corae et Schaefero ex Vulc. et Par., vulgo Αὐτάρκτου, quo modo legit Amiotus.

moniis scriptorum in regis stipatu multos fuisse scribas, v. Baehr. ad Ctes. p. 18.

8. ἀπογράφεσθαι] non observato formarum discrimine pro ἀπογράφειν dixit Plutarchus: diligenter observavit Herodotus libr. VII. 100. Ξέρξης — διεξελαύνων ἐπ' ἅρματος παρ' ἔθνος ἓν ἕκαστον ἐπυνθάνετο καὶ ἀ π έ γ ρ α φ ο ν οἱ γραμματισταί: mox ibidem: ἐνθαῦτα ὁ Ξέρξης μετεκβὰς ἐκ τοῦ ἅρματος ἐς νέα Σιδονίην παρέπλεε παρὰ τὰς πρώρας τῶν νεῶν, ἐπερωτῶν τε ἑκάστας ὁμοίως καὶ τὸν πεζὸν καὶ ἀπογραφόμενος: vid. ad h. l. Valckenarius et Matthiae gr. gr. p. 925.

κατὰ μάχην τὰ πραττόμενα] τὴν μάχην cum Corae scripsit Schaeferus, quod non improbarem, si de sola, quae parabatur, pugna Salaminia intelligi deberet; sed non addito articulo sententia, ut opinor, haec est: quorum opus erat res, quae in proeliis gerebantur, literis perscribere; nam de more hoc factum arbitror.

11. τὴν ὄψιν] apertum est, hic quidem additum esse oppositionis gratia.

12. Σανδαύκης] In quodam exemplari Σανδάκης (quod una tantum litera differt a Κανδάκη, nomine reginae Aethiopum in actis Ap.), item Ἀρταΰκτου, quod apud Herodotum Persae cuiusdam est nomen. *H. Stephanus.* Vulcobii auctoritate Coraes edidit Σανδάκης idemque receptum est a Schaefero; et sane ita cod. Paris. legitque eamdem nominis formam Amiotus. Sed vulgatae scripturae patrocinatur locus Plut. Aristid. IX. ὅσοι τῶν ἐπιφανῶν ζῶντες ἥλωσαν. Ἐν δὲ τούτοις ἦσαν ἀδελφῆς βασιλέως ὄνομα Σανδαύκης τρεῖς παῖδες, οὓς εὐθὺς ἀπέστειλε πρὸς τὸν Θεμιστοκλέα, ubi nulla ex libris annotata est discrepantia.

13. Ἀρταΰκτου] nescio num idem sit Ἀρταΰκτης, cuius aliquoties meminit Herodotus, v. libr. VII. 78. IX. 116. 120.

466 *Τούτους ἰδὼν Εὐφραντίδης ὁ μάντις, ὡς ἅμα μὲν
ἀνέλαμψεν ἐκ τῶν ἱερῶν μέγα καὶ περιφανὲς πῦρ,
ἅμα δὲ πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν ἐσήμηνε, τὸν Θε-* 119
μιστοκλέα δεξιωσάμενος ἐκέλευσε τῶν νεανίσκων κατάρξασθαι καὶ καθιερεῦσαι πάντας ὠμηστῇ Διο-

18. *καθιερεῦσαι*] vulgo *καθιερῶσαι*. *ὠμηστῇ*] Bodl. 3. *ὡς μυστῇ*.

14. *Εὐφραντίδης*] perperam in suspicionem vocavit Reiskius. vid. ad Aristid. c. IX.

16. *πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν*] sternutamentum veteres inter omina habuisse satis constat; faustissimum omen putabatur *πταρμὸς ἐκ τῶν δεξιῶν*. Res nota cum aliunde, tum ex Homeri Odyss. *ρ'*. 541. v. Valcken. ad Herodot. VII. 107.

18. *κατάρξασθαι*] *κατάρχεσθαί τινος* *aliquem initiare, consecrare*, illustravit Wyttenb. ad Moral. p. 401. 402. Oxon.

καθιερεῦσαι] vulgo *καθιερῶσαι*. Aristid. IX. *καὶ λέγονται κατά τι λόγιον, τοῦ μάντεως Εὐφραντίδου κελεύσαντος ὠμηστῇ Διονύσῳ καθιερευθῆναι*, ubi quod vulgo legebatur *καθιερωθῆναι* correxi ex codd., idemque placuit Schaefero, qui praeter alia T. V. p. 39. annotavit haec: Quamquam pervelles Plutarchum scribere potuisse *καθιερωθῆναι*, ne indelebilis nota abominandae crudelitatis Atheniensibus inureretur. Sed talia, quae faciunt ad historiam humani generis pernoscendam, non licet Criticis delectu praetexere diversae scripturae. Itaque etiam T. I. p. 193. 20. [h. l.] scribendum *καθιερεῦσαι*. Moral. T. II. p. 206. Wytt. *τῷ Διῒ βοῦν καθιερεύσαντες*. V. Ammonius p. 72. extr.

πάντας — προσευξάμενον] ne quis motus sequentibus: *τὸν θεὸν ἅμα κοινῇ κατεκαλοῦντο φωνῇ* scribendum existimet *πάντων — προσευξαμένων*, quod mihi aliquando sic videbatur, tum demum quum Themistocles cunctaretur sacerdoti morem gerere ac tergiversaretur milites tanto studio rem amplexi sunt.

ὠμηστῇ Διονύσῳ] i. e. qui crudis carnibus vescitur, *ὠμοβόρος* s. *ὠμοφάγος*, vid. Pelopid. XXI. Aristid. IX., ubi eadem res narratur, et Anton. XXIV. quo loco opponitur *Διόνυσος χαριδότης καὶ μειλίχιος*. Sic dictum esse deum, quod qui eius sacris interessent carnibus victimarum crudis vescerentur, observavit Fridericus Creuzerus Mytholog. T. III. p. 333., addens, antiquissimis temporibus homines Baccho oblatos esse, post demum animalia. Ceterum barbaram et immanem Graecis rem visam esse cum ex hoc loco manifestum est, tum ex iis, quos adduxi, potest perspici, quorum maxime videndus locus vitae Pelopidae.

νύσῳ προσευξάμενον· οὕτω γὰρ ἅμα σωτηρίαν τε καὶ νίκην ἔσεσθαι τοῖς Ἕλλησιν. Ἐκπλαγέντος δὲ τοῦ Θεμιστοκλέους ὡς μέγα τὸ μάντευμα καὶ δεινὸν, οἷον εἴωθεν ἐν μεγάλοις ἀγῶσι καὶ πράγμασι χαλεποῖς, μᾶλλον ἐκ τῶν παραλόγων ἢ τῶν εὐλόγων τὴν σωτηρίαν ἐλπίζοντες οἱ πολλοὶ τὸν θεὸν ἅμα κοινῇ κατεκαλοῦντο φωνῇ καὶ τοὺς αἰχμαλώτους τῷ βωμῷ προσαγαγόντες ἠνάγκασαν, ὡς ὁ μάντις ἐκέλευσε, τὴν θυσίαν συντελεσθῆναι. Ταῦτα μὲν οὖν ἀνὴρ φιλόσοφος καὶ γραμμάτων οὐκ ἄπειρος ἱστορικῶν Φανίας ὁ Λέσβιος εἴρηκε.

CAPUT XIV.

Περὶ δὲ τοῦ πλήθους τῶν βαρβαρικῶν νεῶν

22. *οἷον εἴωθεν*] i. e. quale fieri solet, ut fieri solet; *οἷον* dictum pro *ὥσπερ*, vid. Lud. Dindorfius ad Xenoph. Anabas. V. 4. 12. ed. stereot.

29. *Φανίας*] vid. ad c. I.

XIV. 1. *περὶ δὲ τοῦ πλήθους — Αἰσχύλος*] de numero navium, quae Xerxem secutae sunt, ut fieri solet in eiusmodi rebus, variant scriptorum indicia, quae post Barnab. Brissonium in libr. de regn. Persico III. 73. p. 317. collegere interprr. ad Corn. Nep. vit. Themist. II. Stanleius ad Aeschyl. Pers. v. 348. Amersfoordtius ad Demosth. or. de Symmor. p. 186. 7. T. I. p. 786. sqq. in apparatu Schaeferi, a quibus quod in eo dissentit Blomfieldus ad Aeschylum, quod hoc sibi velle ait poetam, Xerxis classem ex mille navibus constitisse, quarum ducentae septem essent celeres, recte omnino videtur statuere, quamvis ex altera ratione Aeschylus plane concordet cum Herodoto libr. VII. 89. *τῶν δὲ τριηρέων ἀριθμὸς ἐγένετο ἑπτὰ καὶ διηκόσιαι καὶ χίλιαι* et 164. *τῶν νεῶν ἐκ τῆς Ἀσίης, ἐουσέων ἑπτὰ καὶ διηκοσιέων καὶ χιλιέων:* quae si quis obiicere voluerit dicta esse de initio expeditionis, ante ipsam vero pugnam Salaminiam multas et cladibus esse submersas et tempestate fractas, Aeschylum autem loqui nunc de navibus, quae proelio interfuerint, easque *χιλίας* fuisse dicere, vereor ne vel sic iusto maior sit numerus, vid. computationem Amersfoordtii l. l. Sed quod Valckenarius ad Herodot. libr. VII. 84. hunc locum respiciens ait: *in Herodotum semper malevolus (Plutarchus — ad na-*

Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς ὡς ἂν εἰδὼς καὶ διαβεβαιούμενος ἐν τραγῳδίᾳ Πέρσαις λέγει ταῦτα·

Ξέρξῃ δὲ (καὶ γὰρ οἶδα) χιλιὰς μὲν ἦν
467 Νεῶν τὸ πλῆθος· αἱ δ' ὑπέρκομποι τάχει
Ἑκατὸν δὶς ἦσαν ἑπτά θ'· ὧδ' ἔχει λόγος.

Τῶν δ' Ἀττικῶν ἑκατὸν ὀγδοήκοντα τὸ πλῆθος οὐσῶν ἑκάστη τοὺς ἀπὸ τοῦ καταστρώματος μαχο-

2. καὶ διαβεβ.] καὶ delent Coraes et Schaeferus. 4. Ξέρξῃ] Bodl. 3. Ξέρξης. Ibidem desunt vv. καὶ γὰρ οἶδα. 5. νεῶν τὸ πλ.] ὧν ἦγε πλῆθος Aeschylus. 6. ἑπτά θ'] Par. et edd. vett. ἑπτά τε.

vium numerum definiendum uti maluit testimonio poetae tragici, quam historici: hic quidem nihil agnosco malevolentiae: nam profecto de ea re qui audiretur nemo Aeschylo fuit dignior vereque Isaacus Casaubonus ad Strabon. I. p. 47. *lege*, inquit, *Aeschyli Persas. Multa quidem ibi ficta, nego tamen historiam Salaminiacae naumachiae, quae est pars maxima belli Persici, ab ullo historico aut fidelius aut accuratius esse descriptam: vel in numero navium quanta poetae ἀκρίβεια!*

2. καὶ διαβεβαιούμενος] καὶ particulam delere placuit post Coraen Schaefero, ut ortam ex littera postrema voc. praecedentis, v. Ind. ad Apollon. Rhod. p. 664. b.: quod ego quidem non concesserim.

4. Ξέρξῃ δὲ] verba sunt nuntii ad Atossam. v. 347. sqq. Blomf.

5. ὑπέρκομποι] voc. illustrat Blomfieldus in glossar. ad Aesch. Sept. c. Thebas v. 387.

6. ὧδ' ἔχει λόγος] falso Blomfieldus interpretatur *sic fertur*, si quidem manifesto id repugnat verbis poetae καὶ γὰρ οἶδα, quibus indicat nuntius, se certo rem habere compertam. Aliam igitur haec verba interpretationem requirunt, hanc, nisi fallor, *ita se habet numerus s. numeri ratio.* Nimirum Atossae quaerenti v. 340. πόσον δὲ πλῆθος ἦν νεῶν Ἑλληνίδων, ὥστ' ἀξιῶσαι Περσικῷ στρατεύματι μάχην ξυνάψαι ναΐαισιν ἐμβολαῖς, nuntius respondens utrorumque, et Graecorum et Persarum copias enumerat, in fine addens: ὧδ' ἔχει λόγος.

7. ἑκατὸν ὀγδοήκοντα] v. Herodot. libr. VIII. 44.; supra c. XI. ducentas numeravit, vel augentem numerum faciens Themistoclem, vel comprehendentem viginti illas, quas Athenienses Chalcidensibus commodaverant, v. Herod. VIII. 1. ibique interpr.

8. ἑκάστη — ὀκτωκαίδεκα εἶχεν] exiguum militum numerum navibus impositum notavit Boeckhius Oecon. Athen. publ. Vol. I. p. 303. Sed pauciores

μένους ὀκτωκαίδεκα εἶχεν, ὧν τοξόται τέσσαρες ἦσαν, οἱ λοιποὶ δ' ὁπλῖται. Δοκεῖ δ' οὐχ ἧττον εὖ τὸν καιρὸν ὁ Θεμιστοκλῆς ἢ τὸν τόπον συνιδὼν καὶ φυλάξας μὴ πρότερον ἀντιπρώρους καταστῆσαι ταῖς βαρβαρικαῖς τὰς τριήρεις, ἢ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν παραγενέσθαι τὸ πνεῦμα λαμπρὸν ἐκ πελά-

14. τὸ πνεῦμ. λ.] scribendum videtur vel τὴν πνεῦμα λ. vel τὴν τὸ πν. λ.

etiam memorat Thucydides. II. 23. ἀπέστειλαν τὰς ἑκατὸν ναῦς — καὶ χιλίους ὁπλίτας ἐπ' αὐτῶν καὶ τοξότας τετρακοσίους.

9. ὧν τοξόται] Ctesias XXVI. p. 70. Baehr. βουλῇ δὲ Θεμιστοκλέους Ἀθηναίου καὶ Ἀριστείδου τοξόται μὲν ἀπὸ Κρήτης προςκαλοῦνται καὶ παραγίνονται· εἶτα ναυμαχία Περσῶν καὶ Ἑλλήνων γίνεται: quae repugnant iis, quae de Cretensibus ad opem Graeciae ferendam paratis, sed oraculo Delphico ab hoc consilio deterritis refert Herodotus libr. VII. 169. sqq.

10. δοκεῖ δ' οὐχ ἧττον εὖ κ. τ. λ.] Aristides or. de quattuor vir. p. 213. Iebb. λέγουσι δέ τινες — ὡς πρὸς τῷ τόπῳ καὶ τὸν καιρὸν ἐξεῦρε, στησάμενος τὴν ναυμαχίαν κατιόντος τοῦ πνεύματος: ad q. l. Schol. T. III. p. 647. Dind. οὕτω, φησὶν, ἔστησεν τὰς ναῦς, ὥςτ' ἔχειν τὸν βορέαν ὄπισθεν, ἵνα προςβαλὼν τοῖς Πέρσαις ὀξέως ἐπέλθοι: quem oraculi iussu Athenienses auxilio vocaverant, vid. Valcken. ad Herod. VII. 189.

12. ἀντιπρώρους καταστῆσαι] naves adversis proris impetum invicem facturas, v. Dorvill. ad Chariton. p. 584. Lips.

13. τὴν εἰωθυῖαν ὥραν — τὴν πνεῦμα λαμπρὸν κ. τ. λ.] Vere Reiskium correxisse arbitror τὴν πνεῦμα λ., etsi possis etiam τὴν τὸ πν., quum non ferenda videatur in eiusmodi appositione articuli omissio. Τὴν εἰωθυῖαν ὥραν — τὴν κατάγουσαν dictum pro τὴν ὥραν, τὴν εἰωθυῖαν — κατάγειν eodem modo quo germanice dicere licet: *die gewohnte Stunde, welche Wind bringt* pro: *die Wind zu bringen gewohnte Stunde.* Similiter. Mar. XXXVII. παρεκάλουν αὐτὸν ἐκβῆναι — ἄχρις οὗ φορὰ γένηται, γίγνεσθαι δὲ τὴν εἰωθυῖαν ὥραν, τοῦ πελάγους μαραινομένου, ubi quod Schaeferus comma post ὥραν deletum retrahi malit post δὲ, ego τὴν εἰωθυῖαν ὥραν mutandum suspicor in τῇ εἰωθυίᾳ ὥρᾳ.

14. πνεῦμα λαμπρὸν] de vehementi ac forti, sed ferente vento et secundo dixit etiam Camill. XXXIV. Pompei. LXXX. Sull. XXXVIII. ἀνέμου λαμπροῦ καταιγίσαντος: cf. So-

γους ἀεὶ καὶ κῦμα διὰ τῶν στενῶν κατάγουσαν, ὃ τὰς μὲν Ἑλληνικὰς οὐκ ἔβλαπτε ναῦς ἁλιτενεῖς οὔ-

16. ἁλιτενεῖς] Cor. vulgo ἀτενεῖς, quod correxit Bryanus.

lan. et Leopold. ad Sertor. VII. Dorvill. ad Chariton. p. 268. Lips.

16. ἁλιτενεῖς οὔσας] Vulg. ἀτενεῖς, de qua scriptura Bryanus, quid sit, inquit ναῦς ἀτενὴς non intelligo: corrigo hic ναῦς ἁλιτενεῖς, quod Lapus recte vertit *demissiores*: sic apud Strabonem p. 517. ἁλιτενὴς ἄκρα exponitur a Casaubono *humilis et* ταπεινή: et p. 600. Attica dicitur olim actica vocari, quod τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς ἁλιτενές. Huiusmodi navigiis proprie opponuntur naves barbaricae ταῖς πρύμναις ἀνεστῶσαι." Add. Etymol. M. p. 64. ἁλιτενὴς ὁ παράλιος τόπος, ὁ παρατεταμένος τῇ θαλάσσῃ, καὶ ἁλιτενὲς, ταπεινόν. Apud Herodotum libr. VIII. 60. νῆας Graecorum βαρυτέρας memorat Themistocles, ad quae verba haec observat Wesselingius: *naves Graecorum hic graviores; in Plut. Them.* ἀτενεῖς καὶ ταπεινότεραι *comparatae ad Persarum naves molis maioris et excelsioris; quarum tamen* ἀτενεῖς *in* ἁλιτενεῖς *correctione docti viri abierunt, forte iniusta. Noti* τόποι ἁλιτενεῖς, ἄκρα ἁλιτενής, θάλασσα ἁλιτενής, *quorum humilis situs, aut quod profunditatem non habet mare, docente praeter alios Victorio ad Cicer. XIV. ad Attic. ep.* 10. *Ubi vero* ἁλιτενὴς *navis et qua significatione?* Ἀτενεῖς *firmiter sunt compactae ac egregie cohaerentes, sicuti* κισσὸς ἀτενὴς *in Sophoclis Antigona* 842. Sed bene respondet Schweighaeuserus: *navis* κάτωθεν ἁλιτενὴς καὶ πλατεῖα *memoratur apud Athenaeum* V. p. 204. e. *inferne depressa ac lata.* Ruhnkenius ad Timaeum p. 54. probans Wesselingii observationem interpretatur *firmiter compactae*, addens, minus recte ab H. Stephano Thes. ling. gr. T. III. p. 1284. exponi *demissiores*. Ego tamen non dubitavi recipere Bryani emendationem, probatam illam etiam reliquis editoribus, quorum Coraes addidit haec: ἁλιτενὴς δὲ λέγεται ναῦς, νῆσος, ἄκρα, ἢ πέτρα, ἢ οὕτω ταπεινὴ, ὡς ἐπὶ τῆς αὐτῆς σχεδὸν εὐθείας ἐκτείνεσθαι τῇ ἁλὶ, ὅ ἐστι τῇ θαλάσσῃ. Nam ut concedam ναῦν ἀτενῆ significare navem firmiter compactam, de ea re non agi manifesto docet verborum oppositio. Scilicet naves Persarum magnam in altitudinem exstructae eaque re graviores fieri plane non potuit aliter, quam ut vento undisque multo magis iactarentur minusque regi possent et iusto in cursu cohiberi ab remigibus: nam utrique latus praebebant multo maius, quam humiles demissaeque Graecorum naves. De egregie cohaerentibus vero firmiterque

σας καὶ ταπεινοτέρας, τὰς δὲ βαρβαρικὰς ταῖς τε πρύμναις ἀνεστώσας καὶ τοῖς καταστρώμασιν ὑψορόφους καὶ βαρείας ἐπιφερομένας ἔσφαλλε προςπῖπτον καὶ παρεδίδου πλαγίας τοῖς Ἕλλησιν ὀξέως προςφερομένοις καὶ τῷ Θεμιστοκλεῖ προσέχουσιν, 468 ὡς ὁρῶντι μάλιστα τὸ συμφέρον, καὶ ὅτι κατ'

18. τοῖς καταστρ.] Vulc. ταῖς κατ. 19. προςπῖπτον] vulg. προςπίπτον correxit Schaeferus. 20. πλαγίας] Par. et edd. vett. πλαγείας.

compactis Graecorum navigiis si Plutarchus dicere voluisset, debebat ita instituere oppositionis rationem, ut male compactas minusque validas diceret fuisse Persarum naves. Atqui hoc non fecit, sed iis utitur vocabulis, quibus Bryani emendatio, quantum ego intelligo, extra dubitationem ponitur, his: τὰς δὲ βαρβαρικὰς ταῖς τε πρύμναις ἀνεστώσας καὶ τοῖς καταστρώμασιν ὑψορόφους καὶ βαρείας ἐπιφερομένας. Nec vereor equidem, ne quis propterea improbandam censeat Bryani correctionem, quod continuo sequitur ταπεινοτέρας.

20. παρεδίδου πλαγίας] πλάγιος frequens est verbum de navibus vento latus praebentibus, v. Sertor. VII. ζεφύρῳ δὲ λαμπρῷ τοῦ πελάγους ἀνισταμένου καὶ τὰ πολλὰ τῶν τοῦ Σερτωρίου πλοίων ὑπὸ κουφότητος πλάγια ταῖς ῥαχίαις περιβάλλοντος: vid. Wyttenb. ad Moral. p. 259. Oxon. cl. Baehr. ad Pyrrh. XV. Perperam vero Solanus Pompon. LXXX. πνεῦμα λαμπρὸν ἐβοήθει πελαγίοις ὑπεκθέουσιν restitui voluit πλαγίως: πελάγιοι dicuntur, qui per altum mare iter faciunt, v. Aemil. P. XXVI. ἤδη πελάγιον τὸν Ὀροάνδην θέοντα κατιδών.

22. καὶ ὅτι κατ' ἐκεῖνον κ. τ. λ.] haec verba plana et aperta mirum est perperam intellecta ab plerisque, a nonnullis etiam addubitata esse interpretibus. Reiskius, *καὶ ὅτι, id est*, inquit, *καὶ τοῦτο δὲ τοὺς Πέρσας ἔβλαπτεν, ὅτι — etiam hoc Persis obfuit, quod — et mox κατ' ἐκεῖνον: scilicet τὸν καιρόν, sub idem tempus.* Falsa haec esse et Kaltwasserus, interpres germanicus, animadvertit, nec fugiet quemquam. Corruptus tamen vel lacuna laborare locus videbatur etiam Kaltwassero, ac ne Corai quidem omnis dubitatio videtur exempta fuisse ita scribenti: κατ' ἐκεῖνον, καθ' ὃ μέρος τῆς θαλάσσης ἦν ἡ ναῦς ἐκείνου, τοῦ Θεμιστοκλέους δηλονότι· ὥςπερ ἐξεδέξαντο οἱ μεταφρασταί. Ἐνδέχεται μέντοι καὶ, Κατ' ἐκείνου, γεγονέναι πάλαι τὴν γραφὴν, πρὸς τὸ Ἐτόξευε: dubitavitque I. C. Orellius quoque ad calcem Iso-

ἐκεῖνον ὁ Ξέρξου ναύαρχος Ἀριαμένης ναῦν ἔχων μεγάλην ὥσπερ ἀπὸ τείχους ἐτόξευε καὶ ἠκόντιζεν, ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν καὶ τῶν βασιλέως ἀδελφῶν πολὺ κράτιστός τε καὶ δικαιότατος. Τοῦτον μὲν οὖν

24. *καὶ ἠκόντιζεν*] om. Bodl. 3.

crat. or. *περὶ ἀντιδ.* p. 461., ubi quod coniicit, *καὶ ὅτε κατ' ἐκείνου*, ego non intelligo. Recte illi, qui *ἐκεῖνον* ad Themistoclem rettulerunt; qui vero a sententia loci aberrarunt, eis verborum structura ad sensum accommodata videtur fraudi fuisse. Sententia enim haec est: Graeci maxime in Themistoclem intenti erant eumque velut optimum ducem sequebantur duplici de caussa, quod crederent (ea est enim vis *ὡς* particulae) eum maxime id intelligere quod ex re esset, et quod ea in parte s. regione, qua Themistocles rem gessit, Ariamenes pugnaret. Nempe bene intellexerunt, ibi summam rem agi, ubi hostium dux positus esset. Non absimilis structurae ratio est apud Arrianum Exped. Alex. II. 7. *παρεκάλει θαρρεῖν μὲν ἐκ τῶν ἤδη σφίσι καλῶς κεκινδυνευμένων, καὶ ὅτι πρὸς νενικημένους ὁ ἀγὼν νενικηκόσιν αὐτοῖς ἔσται.* Nec dubitandum, quin recte se habeat accusativus pendens a praepositione *κατὰ*, significans id, quod *e regione* alicui est eique oppositum, qua vi cum apud alios frequens est scriptores, v. Kruegerum ad Xenoph. Anab. I. 8. 21., tum imprimis usitatum Plutarcho, cf. Artax. VII. *εὖ δὲ καὶ κατὰ τοὺς Ἕλληνας ἀντέταξε* (sic recte cod. SG.) *τῶν δρεπανηφόρων τὰ ῥωμαλεώτατα:* ibid. VIII. *ἀντιτάξαι κατὰ τὸν βασιλέα μὴ θελήσας τοὺς Ἕλληνας.* Coriolan. IX. *κατὰ τούτους τάξον ἡμᾶς τοὺς ἄνδρας.* Aristid. XVIII. *ἡ δὲ μάχη λέγεται μάλιστα κατὰ Θηβαίους γενέσθαι προθυμότατα:* all.

23. *Ἀριαμένης*] mortem generosi viri narrat Moral. p. 488. F. Herodoto est *Ἀριαβίγνης*, Darii filius, libr. VII. 97. VIII. 89.; idem tamen ab eodem libr. VII. 2. miro errore vocatur *Ἀρταβαζάνης*, v. Valcken. et Wesseling. ad VIII. 89.

25. *ἀνὴρ ἀγαθὸς ὢν*] Plutarchus l. l. de Ariamene: *παρεῖχεν εὔνουν ἑαυτὸν* (Xerxi), *ὥστε ἀριστεύων ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ πεσεῖν ὑπὲρ τῆς ἐκείνου δόξης.* Diodorus XI. 18. *ὁ δὲ ναύαρχος — διεφθάρη λαμπρῶς ἀγωνισάμενος.*

26. *δικαιότατος*] spectat ad rem a Plutarcho l. l. pluribus expositam. Nimirum quum aetate maior esset, sed natus patri nondum regi, sponte imperium cessit fratri nato patre regnum adepto: cf. Herodot. VII. 2. sq.

Ἀμεινίας ὁ Δεκελεὺς καὶ Σωσικλῆς ὁ Πεδιεὺς ὁμοῦ

27. *Σωσικλῆς*] Par. *σωκλῆς*.

27. *Ἀμεινίας ὁ Δεκελεὺς*] — *Ἀμεινίαν Ἀθηναῖον τὸν ἀδελφὸν Αἰσχύλου τοῦ ποιητοῦ. Οὗτος γὰρ τριηραρχῶν πρῶτος ἔμβολον ἔδωκε τῇ ναυαρχίδι τῶν Περσῶν καὶ ταύτην κατέδυσε καὶ τὸν ναύαρχον διέφθειρε:* Diodorus libr. XI. 27. *Παλληνεὺς*, non *Δεκελεὺς*, vocatur ab Herodoto VIII. 84. numeraturque inter eos, qui fortissime pugnarunt c. 93.

Σωσικλῆς] Quod in codice Par. est *Σωκλῆς* scripturae compendio ortum videtur, etsi non deest quod eam formam videatur tueri. Nam Schol. ad Aristid. or. Panathen. T. III. p. 179. Dind. *Σωκλῆς*, inquit, *πρῶτος Ἀθηναῖος ἐνέβαλε Περσικῇ νηῒ καὶ ἐνεπάγη ὁ ἔμβολος*, eademque scripturae fluctuatio est apud Herodotum libr. V. 92., quamquam quum ibi forma *Σωσικλέης* etiam Plutarchi testimonio tuta sit T. II. p. 860. D. mero errore niti videtur altera, neque maior fides est tertiae formae in Schol. altero servatae, ubi inter alia haec scripta sunt: *Σώφιλός τις, ἀνὴρ Ἀθηναῖος, πρῶτος ἐν τῇ σφετέρᾳ τριήρει κατά τινος τριήρους Περσικῆς ἐχώρησεν.*

Σωσικλῆς ὁ Πεδιεὺς] Apertum est, requiri hoc loco alicuius demi mentionem: quid ergo sibi vult inauditum istud *Πεδιεύς?* namque demum, cui qui ascripti fuere appellati fuerint *Πεδιεῖς* et alii, quantum scio ignorant omnes, qui in eiusmodi rebus perscrutandis operam collocarunt suam, et ne Boeckhius quidem novit, quocum aliquando de ea re disserebam. Liceat ergo usque dum certi quid de eo demo prolatum fuerit, dubitare an non exstiterit videndumque an probabile quid aliud coniectura assequi possimus. Qui praecedit Aminias a Plutarcho dicitur *Δεκελεύς*, *Παλληνεὺς* ab Herodoto libr. VIII. 84. Plutarchi quod non spernendum iudicarim testimonium in caussa hoc est, quod Aeschylus poeta, cuius frater erat Aminias hicce (v. Diodor. XI. 27. Aelian. V. H. V. 19. vit. Aeschyli init.), ex tribu erat Hippothontide (nam in vita Aeschyli et a Schol. ad Aristoph. Ran. v. 913. dicitur *Ἐλευσίνιος τὸν δῆμον: Ἐλευσὶς* autem demus erat tribus Hippothontidis, v. testimonia apud C. L. Grotefendium de demis atticis p. 22.); tribus vero Hippothontidis demus erat *Δεκέλεια:* non ex Pallenensi, qui Antiochidis erat demus; probabile autem est eidem demo utrumque fratrem fuisse ascriptum. Iam vero *Πεδιεὺς* si librariorum culpa corruptum putamus, per literarum similitudinem non unum demorum nomen coniici potest hic locum habuisse. Facile in mentem veniunt *Πιτθεὺς* tribus Cecropidis, vel *Ποριεὺς* tribus Acamantidis, vel alia consimilia: mihi tamen fateor apprime placere *Πειραι-*

πλέοντες, ὡς αἱ νῆες ἀντίπρωροι προςπεσοῦσαι καὶ συνερείσασαι τοῖς χαλκώμασιν ἐνεσχέθησαν, ἐπιβαίνοντα τῆς αὐτῶν τριήρους ὑποστάντες καὶ τοῖς δόρασι τύπτοντες εἰς τὴν θάλασσαν ἐνέβαλον· καὶ τὸ σῶμα μετ᾽ ἄλλων φερόμενον ναυαγίων Ἀρτεμισία γνωρίσασα πρὸς Ξέρξην ἀνήνεγκεν.

CAPUT XV.

Ἐν δὲ τούτῳ τοῦ ἀγῶνος ὄντος φῶς μὲν ἐκλάμψαι μέγα λέγουσιν Ἐλευσινόθεν, ἦχον δὲ καὶ φωνὴν τὸ Θριάσιον κατέχειν πεδίον ἄχρι τῆς θα-

Interpretes quidem proprium retinuerunt: *Xylander*. Theoris postremum adde e Plutarchi Them. XIX. *Πολίαρχον*, praefectum urbis, ab Aeginetis, ut Athenienses muros struentes accusaret, Spartam missum, magistratum, ut reor, securitati publicae custodem: verba sunt Odofr. Muelleri Aeginetic. p. 135., quibus in nota addit haec: nomen viri proprium *Πολίαρχος*, quod Bredovius inde effecit, loco nostro minus aptum est, cf. Pindar. N. VII. 85.* [125.]. Neque *πολέμαρχον* corrigendum videtur.“ Bredovius quidem sequutus est Amiotum aliosque; de praefecto urbis primus, quantum scio, accepit Dacerius: nec plane improbabile hoc. Sed quum nusquam alibi talis muneris apud Aeginetas reperiantur vestigia, mihi quidem res admodum incerta videtur; accedit quod hic quidem si talem Aeginetarum magistratum intelligi voluisset scriptor, haud dubie paullo aliter conformata oratione esset usus, nam articulus certe, ut ego arbitror, ad *πολιάρχου* addendus erat. Ad *Πολιάρχου* autem quod nec *τινὸς* adiectum est nec aliud quicquam additum, quo qualis homo intelligendus esset lectores docerentur, ne cui insolentius videatur, eodem modo supra c. VII. scriptum erat *οἱ Εὐβοεῖς χρύφα τῷ Θεμ. διελέγοντο Πελάγοντα μετὰ χρημάτων πολλῶν πέμψαντες*. Illud vero dubium est, servandane sit scriptura librorum vulgata, *Πολιάρχου*, quod nomen exstare apud Pausaniam I. 37. 1. Aelian. V. H. VIII. 4. Lys. p. 306. ed. Bekkeri observavit Schoemannus ad Isaeum de Cleon. hered. p. 179., an praeferendum quod habet cod. Paris. *Πολυάρχου*, cuius nominis exempla idem Schoemannus attulit ex Athenaeo XII. p. 545. A. Pausania X. 20. 3. ac simile *Πολυάρχης* ap. Xenophont. Hellen. II. 3. 2., ubi tamen libri discrepant.

9. *ἠρνεῖτο — ἐκέλευεν*] *negabat — iubebat*, ut non sine idonea caussa positum sit imperfectum. De usu Plutarcheo nonnulla diximus in epistola ad G. Hermannum.

10. *ἐμβάλλων τῷ τειχισμῷ χρόνον*] quibus artificiis usus sit ad Lacedaemonios deludendos ac tempus ducendum exponunt Thucydides I. 90. sq. Diodor. XI. 39. sq. Nepos Them. IX. Dum ipse abfuit *οἱ Ἀθηναῖοι μετὰ μεγάλης σπουδῆς ᾠκοδόμουν τὰ τείχη, οὔτ' οἰκίας οὔτε τάφου φειδόμενοι· συνελαμβάνοντο δὲ τῶν ἔργων οἵ τε παῖδες καὶ αἱ γυναῖκες καὶ καθόλου πᾶς ξένος καὶ δοῦλος, οὐδενὸς ἀπολειπομένου τῆς προθυμίας*, Diodor. l. l.

νον ἐκ τῆς διατριβῆς, ἅμα δὲ βουλόμενος ἀνθ᾿ αὑτοῦ τοὺς πεμπομένους ὑπάρχειν τοῖς Ἀθηναίοις. Ὃ καὶ συνέβη· γνόντες γὰρ οἱ Λακεδαιμόνιοι τὸ ἀληθὲς οὐκ ἠδίκησαν αὐτὸν, ἀλλ᾿ ἀδήλως χαλεπαίνοντες ἀπέπεμψαν. Ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ κατεσκεύαζε, τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν κατανοήσας καὶ τὴν πόλιν ὅλην ἁρμοττόμενος πρὸς τὴν θάλατ- 476
ταν, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς παλαιοῖς βασιλεῦσι τῶν Ἀθηναίων ἀντιπολιτευόμενος. Ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς λέγεται, πραγματευόμενοι τοὺς πολίτας ἀποσπάσαι τῆς θαλάττης καὶ συνεθίσαι ζῆν μὴ πλέοντας, ἀλλὰ τὴν χώραν φυτεύοντας, τὸν περὶ τῆς

11. ἀνθ᾿ αὑτοῦ] **Reiskius, vulgo** ἀντ᾿ αὐτοῦ. **17.** θάλατταν] **Par. vulgo** θάλασσαν. **19.** μὲν γὰρ] γὰρ **om. Iunt. 21.** θαλάττης] **Par. vulgo** θαλάσσης.

11. βουλόμενος ἀνθ᾿ αὑτοῦ] **nam miserat clam ad Athenienses** κελεύων ὡς ἥκιστα ἐπιφανῶς κατασχεῖν καὶ μὴ ἀφεῖναι πρὶν ἂν αὐτοὶ πάλιν κομισθῶσιν, **Thucyd. l. l.**

13. ὃ καὶ] ὃ δὲ **Bryanus errore quodam, quo deceptus Reiskius hanc vulgatam putavit lectionem.**

γνόντες γὰρ οἱ Λακεδ. τὸ ἀληθὲς] **nam legatis Spartanorum Athenas profectis** Θεμιστοκλῆς ἐπελθὼν τοῖς Λακεδαιμονίοις ἐνταῦθα δὴ φανερῶς εἶπεν, ὅτι ἡ μὲν πόλις σφῶν τετείχισται ἤδη, ὥστε ἱκανὴ εἶναι σώζειν τοὺς ἐνοικοῦντας: **Thuc. l. l.**

14. ἀδήλως χαλεπαίνοντες] οἱ δὲ Λακεδαιμόνιοι ἀκούσαντες ὀργὴν μὲν φανερὰν οὐκ ἐποιοῦντο τοῖς Ἀθηναίοις —, τῆς μέντοι βουλήσεως ἁμαρτάνοντες ἀδήλως ἤχθοντο, **Thucyd. I. 92. et sic Schol. ad Aristoph. Equit. v. 84. ubi pro** εἰκότως **corrigendum** ἐγκότως, **quod occupavit Coraes.**

16. τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν] **de voc.** εὐφυΐα **dictum a Valckenario animadv. ad Ammonium p. 68. Lips. De locorum regionumque opportunitate saepius utitur Plutarchus, v. Baehr. ad Philopoem. p. 12. ac de situ opportuno Piraei Thucyd. I. 93. et interprr. ad Nepot. Them. VI.**

22. τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς — λόγον] **fabulam narrant Herodotus libr. VIII. 55. Apollodorus III. 14. 1. Pausanias I. 24. Aristid. or. Panathen. p. 183. Ovidius Metamorph. VI. 70., alii, nec tamen omnes eodem modo, v. Meursii regn. attic. I. 10. I. H. Vossium ad**

Ἀθηνᾶς διέδοσαν λόγον, ὡς ἐρίσαντα περὶ τῆς χώρας τὸν Ποσειδῶ δείξασα τὴν μορίαν τοῖς δικασταῖς ἐνίκησε. Θεμιστοκλῆς δ' οὐχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προςέμαξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιῶς

23. ἐρίσαντα — τὸν Ποσειδῶ] Par. Bodl. 3. Vulc. Anon. vulgo ἐρίσαντος — τοῦ Ποσειδῶνος. 26. Πειραιᾶ] edd. vett. πειρεᾶ et mox πειρεῶς. 27. προςέμαξεν] vulgo προςέμιξεν, quod correxit Xylander.

Virg. Georg. I. 13. Atheniensium opinionem, actam esse litem die secunda mensis Boedromionis, Plutarchus refert T. II. p. 489. B. et 741. B.

23. ἐρίσαντα — τὸν Ποσειδῶ] non dubitavi accusativum reponere, qui et ad structuram commodior est et meliori librorum praesidio firmatur. Passim hac accusativi forma Plutarchus utitur, vid. Romul. XIII. ubi non audiendi libri Bodleiani: Agesil. III. ex libro SG. scribendum Ποσειδῶ. Formam in ῶ constat Atticorum esse, v. Gregor. Cor. p. 164. Schaef., Porsonus ad Eurip. Orest. v. 584. ac Buttmannus gr. gr. §. 55.

24. τοῖς δικασταῖς] alii Cecropem, alii Cranaum, Erechtheum alii faciunt iudicem, v. locos ap. Meursium.

25. Ἀριστοφάνης] in Equitibus v. 812., ubi quum scripta haec sint:

καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ
τὸν Πειραιᾶ προςέμαξεν:

apertum est, corrigendum fuisse quod vulgo hic legebatur προςέμιξεν; neque enim probabile est, in hac caussa Plutarchum ad solam respexisse sententiam, ipsum dicterii acumen ac facetiam neglexisse. Ceterum in Aristophanem quo animo fuerit Plutarchus ostendit quod inter scripta eius exstat compendium comparationis Aristophanis cum Menandro. In vitis quamquam hic illic eius auctoritate utitur, plerumque simpliciter, ut Pericl. XXVI. XXX. Alcibiad. I. Cimon. XVI. Nic. IV. VIII. Anton. LXX. (ex Moral. cf. p. 71. B. 439. C. 1142. A.), interdum non improbans, ut Alcibiad. XVI., animo tamen ab comicis, quos ἀνθρώπους vocat σατυρικοὺς τοῖς βίοις, eum fuisse alieno, vel unus ostendit in Pericle locus c. XIII., cuius rei caussam probabiliter explicuit Ferdin. Rankius de Aristoph. vita p. LXIX.

27. προςέμαξε] προςέθηκε, προσεκόλλησεν· μάττειν γὰρ λέγεται τὸ ἀναμιγνύναι καὶ φυρᾶν καὶ εἰς ἓν συνάγειν, Schol. ad Aristoph. Equit. v. 825. Boissonadum ad Aristaenet. p. 296. citat Schaeferus.

τὴν πόλιν ἐξῆψε τ. Πειραιῶς] similiter ἐξάπτειν Alcibiad. XV. τὰ μακρὰ τείχη συνέπεισε καθεῖναι καὶ προςμίξαντας τῇ θαλάσσῃ τὴν πό-

καὶ τὴν γῆν τῆς θαλάττης· ὃ καὶ τὸν δῆμον ηὔξησε κατὰ τῶν ἀρίστων καὶ θράσους ἐνέπλησεν, εἰς ναύτας καὶ κελευστὰς καὶ κυβερνήτας τῆς δυνάμεως ἀφικομένης. Διὸ καὶ τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ πεποιημένον ὥςτ᾽ ἀποβλέπειν πρὸς τὴν θάλασσαν, ὕστερον οἱ τριάκοντα πρὸς τὴν χώραν ἀπέστρεψαν, οἰόμενοι τὴν μὲν κατὰ θάλατταν ἀρχὴν γένεσιν εἶ-

λιν ἐξάψαι πανάπασι τῆς Ἀθηναίων δυνάμεως. Themistocles propterea id fecit, quod τὸν Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως, καὶ πολλάκις τοῖς Ἀθηναίοις παρῄνει, ἢν ἄρα ποτὲ κατὰ γῆν βιασθῶσι, καταβάντας ἐς αὐτὸν ταῖς ναυσὶ πρὸς ἅπαντας ἀνθίστασθαι, Thucyd. I. 93.

28. ὃ καὶ τὸν δῆμον] Amiotus: *en quoi faisant il augmenta la puissance du peuple*: ut ᾧ legisse videatur, quod mihi quoque olim placuit.

31. τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ] suggestum dicit lapidibus exstructum, v. Aristoph. Pac. v. 680. ἄρτι μ᾽ ἤρετο, ὅς τις κρατεῖ νῦν τοῦ λίθου τοῦ ᾽ν τῇ Πνυκί: ubi Schol.: λίθῳ δὲ τῷ βήματι τῷ ἐν τῇ Πνυκί.

ἐν Πνυκὶ] Pnycem constat locum fuisse Athenis, quo conciones habebantur ante quam aptius ad hunc usum theatrum videbatur Dionysiacum, v. Pollux. VIII. 132. Schoemannum de comit. Athen. p. 52. sq. De nomine hoc refert Clidemus apud Harpocrationem s. v.: συνῄεσάν, φησιν, εἰς τὴν Πνύκα, ὀνομασθεῖσαν διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι, et Etymol. M. ὅτι πυκνά ἐστι περὶ αὐτὴν οἰκήματα. Vid. Popponis Prolegom. ad Thucyd. Vol. I. P. 2. p. 247. sqq., qui cum alia attulit, tum Hudsoni observationem quandam, cuius perstringenda erat negligentia inter alia haec scribentis: *Πνύξ locus erat Athenis iuxta ἀκρόπολιν. Eius tribunal spectabat ad mare, sed id ad continentem a XXX tyrannis versum est, postea tamen a Themistocle restitutum, cuius utriusque facti caussas Plutarchus in eius vita reddit.* De loco dictum a Leakio Topograph. Athen. p. 131. sqq. interpr. german., de forma Πνυκὶ a Dukero ad Thucydid. VIII. 97. Buttmanno gr. gr. T. I. p. 237.

33. οἱ τριάκοντα] de triginta viris ab Lacedaemoniis post Athenas expugnatas Ol. 94. 1. Dracontide auctore institutis vid. q. l. C. Fr. Hermannus doctr. antiq. gr. p. 329. Eosdem quod Plutarchus Comp. Lys. c. Sull. V. τυράννους vocavit, fecit ex more temporis sui, sed contra usum meliorum scriptorum constanter eos simpliciter nuncupantium τοὺς τριάκοντα.

34. τὴν μὲν κατὰ θάλατ-

ναι δημοκρατίας, ὀλιγαρχίᾳ δ᾽ ἧττον δυςχεραίνειν τοὺς γεωργοῦνατς.

CAPUT XX.

477 Θεμιστοκλῆς δὲ καὶ μεῖζόν τι περὶ τῆς ναυτι-
κῆς διενοήθη δυνάμεως. Ἐπεὶ γὰρ ὁ τῶν Ἑλλή- 122
νων στόλος ἀπηλλαγμένου Ξέρξου κατῆρεν εἰς Παγασὰς καὶ διεχείμαζε, δημηγορῶν ἐν τοῖς Ἀθηναίοις ἔφη τινὰ πρᾶξιν ἔχειν ὠφέλιμον μὲν αὐτοῖς καὶ σωτήριον, ἀπόρρητον δὲ πρὸς τοὺς πολλούς. Τῶν δ᾽ Ἀθηναίων Ἀριστείδῃ μόνῳ φράσαι κελευόντων κἂν ἐκεῖνος δοκιμάσῃ περαίνειν, ὁ μὲν Θεμιστοκλῆς ἔφρασε τῷ Ἀριστείδῃ, τὸ νεώριον ἐμπρῆσαι διανοεῖσθαι τῶν Ἑλλήνων, ὁ δ᾽ εἰς τὸν

XX. 7. μόνῳ φράσαι] Par. φράσαι μόνῳ. 9. ἔφρασε] inde a Bryano editur ἔφραζε. τὸ νεώριον] edd. vett. τὸν νεωρ. 10. ἐμπρῆσαι] Iunt. ἐμπῆσαι: Ald. Basil. ἐμπήσαι.

ταν ἀρχὴν κ. τ. λ.] cl. Aristoteles polit. V. 2. 12. μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τῶν τὸ ἄστυ. Vid. Frider. Kortuemii histor. rer. publ. Graec. p. 167. sq. Wachsmuthii antiq. gr. Vol. I. P. 2. 45. sq.

XX. 4. Παγασὰς] locum Thessaliae, de quo vid. Strabon. IX. p. 436. cl. Herodot. VII. 193. Plut. Aristid. XXII. A Plutarcho nonnihil discrepat Cicero offic. III. 11.: Themistocles post victoriam eius belli, quod cum Persis fuit, dixit in concione, se habere consilium reipublicae salutare, sed id sciri non opus esse. Postulavit, ut aliquem populus daret, quicum communicaret: datus est Aristides. Huic ille, classem Lacedaemoniorum, quae subducta esset ad Gytheum, clam incendi posse; quo facto frangi Lacedaemoniorum opus necesse esset. Quod Aristides cum audisset, in concionem magna exspectatione venit, dixitque perutile esse consilium, quod Themistocles afferret, sed minime honestum. Itaque Athenienses totam eam rem, quam ne audierant quidem, auctore Aristide repudiarunt. Eodem modo haec narrat Valer. Max. VI. 5. ext. 2. Totam rem fictam putat Wachsmuthius T. I. P. I. p. 71.

6. ἀπόρρητον] Valer. l. l.: sed eam rem vulgari non oportere.

δῆμον παρελθὼν ἔφη, τῆς πράξεως, ἣν διανοεῖται πράττειν ὁ Θεμιστοκλῆς, μηδεμίαν εἶναι μήτε λυσιτελεστέραν μήτ᾽ ἀδικωτέραν. Οἱ μὲν οὖν Ἀθηναῖοι διὰ ταῦτα παύσασθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ προςέταξαν. Ἐν δὲ τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συνεδρίοις τῶν

12. μήτε λυσιτελ.] μήτ᾽ ἀλυσιτ. ex Bodl. 3. et Iunt. Reiskius cum Bryano. 13. μήτ᾽ ἀδικ.] μήτε ἀδικ. Iunt. et nuperi editores.

12. μήτε λυσιτελεστέραν μήτ᾽ ἀδικωτέραν] Plut. Aristid. l. l. φράσαντος δὲ τῷ Ἀριστείδῃ, ὡς διανοεῖται τὸν ναύσταθμον ἐμπρῆσαι τῶν Ἑλλήνων, οὕτω γὰρ ἔσεσθαι μεγίστους καὶ κυρίους ἁπάντων τοὺς Ἀθηναίους, παρελθὼν εἰς τὸν δῆμον ὁ Ἀριστείδης ἔφη, τῆς πράξεως, ἣν Θεμιστοκλῆς πράττειν διανοεῖται, μήτε λυσιτελεστέραν ἄλλην μήτ᾽ ἀδικωτέραν εἶναι. Ταῦτ᾽ ἀκούσαντες οἱ Ἀθηναῖοι παύσασθαι τὸν Θ. προςέταξαν. Οὕτω μὲν ὁ δῆμος ἦν φιλοδίκαιος, οὕτω δὲ τῷ δήμῳ ὁ ἀνὴρ πιστὸς καὶ βέβαιος: qui locus totus ascribendus erat, ut primo statim obtutu scripturae ἀλυσιτελεστέραν, quam utroque loco libri nonnulli exhibent, intelligeretur perversitas, ut nec Bryanus considerate egerit, nec Reiskius quicquam effecerit arguta et operosa sua alterius defensione Vol. II. p. 945. sq. Vid. not. ad Aristid. l. l. Ceterum sponte patet, intelligi h. l. Graecos exceptis Atheniensibus omnes, quot quidem belli fuerant participes; similiter supra c. VII. ἔνθα δὴ τῶν μὲν Ἑλλήνων Εὐρυβιάδην καὶ Λακεδαιμονίους ἡγεῖσθαι κελευόντων, τῶν δὲ Ἀθηναίων —, ubi vere Schaeferus: *vulgo in talibus locutionibus, quarum sensus ne obtusiores quidem fugiat, ellipsin adiectivi* ἄλλος *somniant*. Addo Diodor. Sic. XI. 28. διαβοηθείσης δὲ τῆς τῶν Ἀθηναίων πρὸς τοὺς Ἕλληνας, ἀλλοτριότητος. ibid. 27. οἱ Λακεδαιμόνιοι φοβηθέντες μήποτε κακὸν μέγα βουλεύσηται κατ᾽ αὐτῶν καὶ τῶν Ἑλλήνων, ἐτίμησαν αὐτὸν — Plut. de malign. Herodot. §. 41. πρότερον μὲν ὠρρώδουν (Lacedaemonii) τοὺς Ἀθηναίους, μὴ πεισθέντες ὑπὸ Μαρδονίου τοὺς Ἕλληνας ἐγκαταλίπωσιν. Librariorum liberalitate additum deprehendimus adiectivum Plut. Aristid. XII. ubi vid. not., sed eiusdem defectus Flamin. XVII. init. ἦσαν δὲ καὶ παρὰ τῶν Ἑλλήνων κ. τ. λ. num ferri possit dubito. Sed de Aristophanico οὗτοι μὰ τὸν Δία τὸν μέγαν καὶ τοὺς θεούς, Nubib. v. 1240. nec dubitavit quisquam nec dubitabit, v. quae Fischerus attulit ad Aeschin. diall. p. 34.

15. ἐν τοῖς Ἀμφικτυονικοῖς συνεδρίοις] de his praeter Tittmanuum librum impri-

Λακεδαιμονίων εἰςηγουμένων, ὅπως ἀπείργωνται τῆς Ἀμφικτυονίας αἱ μὴ συμμαχήσασαι κατὰ τοῦ Μήδου πόλεις, φοβηθεὶς μὴ Θετταλοὺς καὶ Ἀργείους, ἔτι δὲ Θηβαίους ἐκβαλόντες τοῦ συνεδρίου
478 παντελῶς ἐπικρατήσωσι τῶν ψήφων καὶ γένηται τὸ δοκοῦν ἐκείνοις, συνεῖπε ταῖς πόλεσι καὶ μετέθηκε τὰς γνώμας τῶν Πυλαγόρων, διδάξας, ὡς τριάκοντα καὶ μία μόναι πόλεις εἰσὶν αἱ μετασχοῦσαι τοῦ πολέμου καὶ τούτων αἱ πλείους παντάπασι μικραί· δεινὸν οὖν, εἰ, τῆς ἄλλης Ἑλλάδος ἐκσπόνδου γενομένης, ἐπὶ ταῖς μεγίσταις δυσὶν ἢ τρισὶ πόλεσιν ἔσται τὸ συνέδριον. Ἐκ τούτου μὲν οὖν μάλιστα τοῖς Λακεδαιμονίοις προςέκρουσε·

17. Ἀμφικτυονίας] edd. vett. ἀμφυκτιονίας. 18. Ἀργείους] ἀργείοις Iunt. 25. εἰ τῆς] εἰ om. Iunt.

mis videndus C. Fr. Hermannus doctr. antiq. gr. p. 25. sqq. et q. l.

18. Θετταλοὺς — Ἀργείους — Θηβαίους] De Thessalis barbaros secutis v. ad VII. — Thebani in proelio Thermopylensi Persis se dedidere, nec puduit eos profiteri, primos se regi aquam et terram dedisse, coactos vero necessitate Graecos secutos esse, vid. Herodotus VIII. 233. — Argivi societatem Graecorum recusaverant, sive offensi arrogantia Lacedaemoniorum, sive quod Persis clam faverent: nam caussas cur a neutra parte stare voluerint Herodotus VII. 148. 53. affert complures, addens, fuisse, qui dicerent, Persas ab iis in Graeciam arcessitos esse ira in Lacedaemonios incensis, de qua ré cf. de Herodoti malign. p. 863. B.

22. Πυλαγόρων] Etymol. M. Πυλαγόραι, οἱ προεστῶτες Πυλαίας· Πυλαία δέ ἐστιν ἡ εἰς Θερμοπύλας γινομένη σύνοδος τῶν Ἀμφικτυόνων, ἢ οἱ πεμπόμενοι ἀπὸ τῶν πόλεων εἰς Ἀμφικτυονίαν ῥήτορες ὥςτε ἐκεῖ ἀγορεῦσαι· ἐκαλεῖτο δὲ πυλαγόρας παρὰ τὸ ἐπὶ τῇ Πυλαίᾳ ἀγορεύειν. Πύλαι δέ ἐστι τὸ Ἀμφικτυονικὸν συνέδριον: similia vid. ap. Schol. ad Aristoph. Nub. v. 626. cl. interpr. ad Herodot. VII. 213. C. Fr. Hermann. l. l. p. 32.

26. ἐπὶ ταῖς] de vi praepositionis dictum a Spohnio ad Isocr. Paneg. p. 79. De verbo, quod sequitur, προςκρούειν, offendere, in odium alicuius incurrere, dixit Baehrius ad Flamin. p. 119.

διὸ καὶ τὸν Κίμωνα προῆγον ταῖς τιμαῖς ἀντίπαλον ἐν τῇ πολιτείᾳ τῷ Θεμιστοκλεῖ καθιστάντες.

CAPUT XXI.

Ἦν δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις ἐπαχθὴς περιπλέων

29. *προῆγον*] Reiskius, libri *προήγοντο.*

29. *διὸ καὶ τὸν Κίμωνα προῆγον*] recepi nunc praeeuntibus Corae et Schaefero quod vulgatae scripturae *προήγοντο* substituit Reiskius. Nam vulgata illa etsi per se non videtur idonea quadam ratione destituta esse, exemplis tamen quantum ego scio defendi non potest. Sed dubitet forsitan quispiam, hoccine praeferendum fuerit, quod posuimus, an quod et ipsum Reiskio in mentem venit *προςήγοντο*, quod verbum de iis dictum, qui alium ad se adducunt sibique conciliant, frequentissimum est, v. Wyttenb. ad Mor. p. 979. Oxon. Sed isto quidem verbo nihil diceretur amplius, quam hoc, Lacedaemonios honoribus in Cimonem collatis eius sibi favorem et amicitiam conciliare voluisse; sententia autem, quae hic requiritur, haec est, Cimonis eos potentiam et auctoritatem augere studuisse, ut adversarius existeret Themistocli, idque efficere voluisse honoribus a se in eum collatis, Themistocle posthabito, quae sententia flagitat *προῆγον*, repudiat *προςήγοντο*, commendatque alteram illam Reiskii correctionem locus Cimon. XVI. ubi eadem res narratur his verbis: *ηὐξήθη δ' ὑπὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἤδη τῷ Θεμιστοκλεῖ προςπολεμουμένων καὶ τοῦτον ὄντα νέον ἐν Ἀθήναις μᾶλλον ἰσχύειν καὶ κρατεῖν βουλομένων.* De propenso Cimonis animo in Lacedaemonios multa Plutarchus in eius vita.

XXI. 1. *ἦν δὲ καὶ τοῖς συμμάχοις ἐπαχθής*] non solis Lacedaemoniis infestus. Sane Herodotus refert, Themistoclem ab insulanis exegisse sibique comparasse pecunias, vid. libr. VIII. 111. 112. *Θεμιστοκλέης μέν νιν ἐξ Ἄνδρου ὁρμεώμενος χρήματα παρὰ νησιωτέων ἐκτέετο λάθρῃ τῶν ἄλλων στρατηγῶν:* sed non debebat Plutarchus Andrios confundere cum insulis civitatibusque societate cum Graecis iunctis, de quibus cf. Cimon. XI., quae posterioris sunt temporis, nam Andrii quidem communi Graecorum consilio obsessi sunt, v. Herodot. VIII. 111. *οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεί τε σφι ἀπέδοξε μήτ' ἐπιδιώκειν ἔτι προσωτέρω τῶν βαρβάρων τὰς νῆας, μήτε ἐπιπλώειν ἐς τὸν Ἑλλήςποντον λύσοντας τὸν πόρον, τὴν Ἄνδρον περικατέατο ἐξελέειν ἐθέλοντες· πρῶτοι γὰρ Ἄνδριοι νησιωτέων αἰτηθέντες πρὸς Θεμιστοκλέος χρήματα*

τε τὰς νήσους καὶ χρηματιζόμενος ἀπ' αὐτῶν· οἷα καὶ πρὸς Ἀνδρίους ἀργύριον αἰτοῦντά φησιν αὐτὸν Ἡρόδοτος εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι. Δύο γὰρ ἥκειν ἔφη θεοὺς κομίζων, Πειθὼ καὶ Βίαν· οἱ δ' ἔφασαν εἶναι καὶ παρ' αὑτοῖς θεοὺς μεγάλους δύο, Πενίαν καὶ Ἀπορίαν, ὑφ' ὧν κωλύεσθαι δοῦναι χρήματα ἐκείνῳ. Τιμοκρέων δ' ὁ Ῥόδιος μελο-

3. Ἀνδρίους] Ald. Basil. ἀνδρείους. 6. παρ' αὑτοῖς] Schaeferus, vulgo αὐτοῖς. 7. δοῦναι] om. Iunt.

οὐκ ἔδοσαν: obsessi autem propterea sunt, ut videtur, quod Persarum partes amplexi erant, v. Herodot. VIII. 66., item Carystii, vid. eiusdem VI. 99. VIII. 112. ac qui neutram partem sequuti erant Parii, ibid. VIII. 67. 112., ut sociis quidem ea re Themistocles non debuerit dici molestus fuisse, etsi privato consilio istas exegit pecunias. Ceterum omnis ista narratio ut falsa et commenticia perstringitur de malign. Herodoti p. 871. C.

ἐπαχθής] vim vocabuli explicuit C. Fr. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 38.

2. *οἷα καὶ*] *veluti s. documento eius rei sunt s. ut manifestum est ex iis, quae* — Compares talia, qualia Eurip. Orest. v. 1316. *ἀλλά με φόβος τις εἰςελήλυθ' ἦν τιν' ἐν δόμοις — κλύω βοήν.* Lucian. diall. Mar. I. 1. *ἔοικας — ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν:* de quo usu pronominis relativi exposuerunt Schaeferus ad Lamb. Bos. p. 252. sq. F. V. Fritzschius Quaest. Lucian. p. 117. sq., Wyttenbachius ad Select. histor. p. 347., verbo attigit idem ad Moral. p. 758. Oxon.

4. *Δύο γὰρ*] Herodotus l. l. *ὡς ἥκοιεν Ἀθηναῖοι περὶ ἑωυτοὺς ἔχοντες δύο θεοὺς μεγάλους, Πειθώ τε καὶ Ἀναγκαίην, οὕτω τέ σφι κάρτα δοτέα εἶναι χρήματα.* Ad quae respondentes Andrii cum alia, tum dixerunt haec: *θεοὺς δύο ἀχρήστους οὐκ ἐκλείπειν σφέων τὴν νῆσον, ἀλλ' ἀεὶ φιλοχωρέειν, Πενίην τε καὶ Ἀμηχανίην· καὶ τούτων τῶν θεῶν ἐπηβόλους ἐόντας Ἀνδρίους οὐ δώσειν χρήματα· οὐδέκοτε γὰρ τῆς ἑωυτῶν ἀδυναμίης τὴν Ἀθηναίων δύναμιν εἶναι κρέσσω.* Bene profecto: nec effecerunt Graeci quicquam Andrum obsidione cingentes, v. Herodot. VIII. 121. *οἱ δὲ Ἕλληνες ἐπεί τε οὐκ οἷοί τε ἐγένοντο ἐξελέειν τὴν Ἄνδρον — ἀπαλλάσσοντο ἐς Σαλαμῖνα.*

8. *Τιμοκρέων*] Suidas v. *Τιμοκρέων: Τιμοκρέων, Ῥόδιος, κωμικὸς καὶ αὐτὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· διεφέρετο δὲ πρὸς Σιμωνίδην τὸν τῶν μελῶν ποιητὴν καὶ Θεμιστοκλέα τὸν Ἀθηναῖον, εἰς ὃν ἐξύφανε ψόγον δι' ἐμμελοῦς*

ποιὸς ἐν ᾄσματι καθάπτεται πικρότερον τοῦ Θε- 479
μιστοκλέους, ὡς ἄλλους μὲν ἐπὶ χρήμασι φυγάδας

τινος ποιήματος· ἔγραψε δὲ κωμῳδίαν εἴς τε τὸν αὐτὸν Θεμιστοκλέα καὶ εἰς Σιμωνίδην τὸν μελοποιὸν καὶ ἄλλα: cf. idem v. *Σκόλιον* et utroque loco annotationes L. Kusteri, Fabricius in bibl. gr. Vol. II. p. 504. Harl. Aelian. V. H. I. 27. Meursius Rhod. II. c. 13. et Fr. Iacobsius animadv. in Anthol. Vol. I. p. 239. sq. quem laudat Schweighaeuserus ad Athenaeum X. p. 415. f., ubi haec de poeta exstant scripta: *Καὶ Τιμοκρέων δὲ ὁ Ῥόδιος, ποιητὴς καὶ ἀληθὴς πένταθλος, ἐνέφαγε καὶ ἔπιεν, ὡς τὸ ἐπὶ τοῦ τάφου αὐτοῦ ἐπίγραμμα δηλοῖ*

πολλὰ πιὼν καὶ πολλὰ φαγὼν
καὶ πολλὰ κακ' εἰπὼν
ἀνθρώπους κεῖμαι Τιμο-
κρέων Ῥόδιος.

Alia de voracitate eius narrata ibidem praetermittimus; epigramma istud in Antholog. Palatin. receptum, apud Gaisfordum n. 58. vulgo Simonidis esse opinantur. Ceterum eiusdem Timocreontis elegans exstat *σκόλιον κατὰ τοῦ πλούτου* servatum ab Suida v. *σκόλιον*, Scholiast. ad Aristoph. Acharn. 532. Ran. 1337. et emendatius positum ab Friderico Mehlhornio in Anthol. lyr. p. 58. in hanc speciem:

ὤφελεν σ' ὦ τυφλὲ Πλοῦτε
μήτε γῇ μήτ' ἐν θαλάσσῃ
μήτ' ἐν ἠπείρῳ φανῆναι.
ἀλλὰ Τάρταρόν τε ναίειν
κἀχέροντα· διὰ σὲ γὰρ πάντ'
ἔστ' ἐν ἀνθρώποις κακά.

quos versiculos ascripsi ut lectores de eiusdem Mehlhornii opinione ipsi possent iudicare, qua haec quoque in Themistoclis avaritiam dicta suspicatur vir doctissimus: quod mihi quidem fateor parum probabile videri, quum nec Suidas Scholiastaeque quicquam addiderint, unde tale quid iure videatur colligi posse, et ipsum carmen sic sit comparatum, magis ut in universum pecuniam poeta videatur exsecratus esse, ut etiam hodie fit, imprimis inter pocula, quam unius cuiusdam hominis avaritiam perstrinxisse, quam sententiam egregie confirmat quod de eodem perscripsit Isidorus Pelusiota libr. II. ep. CXLVI. p. 173. *ἔθος γὰρ ἦν παλαιὸν μετὰ τὴν συνεστίασιν ἅπτεσθαι λύρας καὶ ᾄδειν Ἀπόλοιο, ὦ πλοῦτε, καὶ μήτε ἐν γῇ φανείης μήτε ἐν θαλάσσῃ.*

9. *καθάπτεται*] Plutarchus de Alcibiade in eius vita XX. *τῶν ἐχθρῶν ἀπόντος αὐτοῦ καθαπτομένων σφοδρότερον.* Hesychius: *καθάπτεσθαι, λοιδορεῖσθαι, ὀνειδίζειν, πραΰνειν.* Sane ponitur hoc verbum in utramque partem, et *delinire*, *demulcere*, *placare* significans, et vero *reprehendere*, *increpare*, *obiurgare*, sic tamen, ut posterior significatio multo sit frequentior, v. Fischerum ad Platon. Criton. c. XIV. ac de simplici *ἅπτεσθαι* Heindorfium ad Phaedon. p. 132.

διαπραξαμένου κατελθεῖν, αὐτὸν δὲ ξένον ὄντα καὶ φίλον προεμένου δι' ἀργύριον. Λέγει δ' οὕτως·

Ἀλλ' εἰ τύγε Παυσανίαν, ἢ καὶ τύγε Ξάνθιππον αἰνεῖς,

13. τύγε] coniunctim edd. vett., vulgo τύ γε. ἢ καὶ] καὶ om. edd. vett.

12. δι' ἀργύριον] Num δι' ἀναργυρίαν, propterea quod numis careret, quod pauper esset, beneficium hoc parato aere redimere nequiret: aut δι' ἀπορίαν: nisi si vulgatam sic interpretemur, propterea quod Themistocles ab inimicis Timocreontis corruptus largitionibus reditum eius in patriam impediverit. *Reiskius.* Posterius verum.

Quod sequitur carmen ex epitritis et dactylicis numeris compositum, in eo constituendo et emendando egregie nobis profuit Hermanni opera, qui et in Praefat. ad Epit. doctrin. metr. p. XVIII. emendatius constituit, ut unam et alteram emendationem mecum communicavit quum primum edebam hanc vitam, v. Praef. ad edit. min. p. XXIII. Qua re etsi hoc certe effectum est, ut carmen eo modo, quo poetam composuisse probabile est, procedat, non tamen contendam, singula sic ut exhibui a Plutarcho scripta esse, quem de metro saepe iusto minus fuisse sollicitum plurimis constat documentis; ita, ut unum memorem, quod v. 7. vulgo legebatur πατρίδα, etsi metrum pervertit funditus ipsumque Timocreontem πάτραν scripsisse certissimum est, Plutarchum tamen posuisse πατρίδα non iniuria suspiceris. Hoc tamen et si quae sunt alia eius generis ne metrum rueret corrigendum fuit, praesertim in re ancipiti, in quo si quid est temeritatis sustinebo equidem. Ceterum idem fragmentum tractavit Mehlhornius l. l. p. 113. sq., in plerisque consentiens cum Hermanno, discedens in eo, quod vv. 10. 11. et 12. paullo aliter et, ut mihi videtur, probabilius descripsit, ut non dubitaverim eamdem descriptionem amplecti.

13. Sponte intelligitur illud imprimis agere poetam, ut Themistoclis avaritiam perstringat, quare unice sibi placere ait Aristidem, minus probari Pausaniam, de cuius fastu ac superbia omnia nota, nec Leotychidem, quem ab Thessalis pecunia corruptum esse constat ex Herodot. VI. 72. Sed Xanthippus, Periclis pater, cur displicuerit poetae incertum est: neque enim avarum fuisse hominem credibile est, quem pecuniam sibi oblatam contempsisse scribat Herodotus IX. 120., quare non improbabiliter Mehlhornius illud fortasse aegre tulisse suspicatur Timocreontem, quod Miltiadem accusavit, v. Herodot. VI. 136.

ἢ τύγε Λευτυχίδαν, ἐγὼ δ' Ἀριστείδαν
ἐπαινέω,
ἄνδρ' ἱερᾶν ἀπ' Ἀθανᾶν
ἐλθεῖν ἕνα λῷστον· ἐπεὶ Θεμιστοκλῆ' ἤχθαρε
Λατώ,
ψεύσταν, ἄδικον, προδόταν, ὃς Τιμοκρέοντα,
ξεῖνον ἐόντ',
ἀργυρίοις σκυβαλικτοῖσι πεισθεὶς, οὐ κατᾶγεν

14. *ἐπαινέω*] legi etiam *ἐπαινέσω* annotat H. Stephanus. 15. *ἄνδρ'*] Hermannus, vulgo *ἄνδρα*. 16. *ἐπεὶ*] Vulc. *ἐπὶ*. *Θεμιστοκλῆ'*] Hermannus, vulgo *Θεμιστοκλῆα*. 17. *ἐόντ'*] Hermannus, vulgo *ἐόντα*. 18. *ἀργυρίοις σκυβαλικτοῖσι*] Hermannus, vulgo *ἀργυρίοισι σκυβαλικοῖσι*. Iunt. *ἀρυγίοισι βαλικοῖσι*.

Ceterum ambo, et Leotychides et Xanthippus, splendida ad Mycalen victoria clari, v. Herodot. VIII. 132. sqq. IX. 98. sqq. Plut. Pericl. III. Diodor. Sic. XI. 34. sqq.

14. *Λευτυχίδαν*] de forma vid. Matthiae gr. gr. Vol. I. p. 147.

ἐγὼ δὲ] *δὲ non potest esse poetae: nam nexum turbat sententiarum. Quippe sic interpungendum: — λῷστον· ἐπεὶ Θ. — optimum: nam Themistoclem —. Schaeferus.* Ego quidem tantum abest, ut quicquam quod nexum turbet arbitrer inesse in particula, ut rectissime a poeta positam existimem usuque frequentissimo hac sententia: si tu Pausaniam laudas, aut — aut: ego vero Aristidem laudo i. e. hos quidem ego non laudabo, sed —.

16. *Θεμιστοκλῆ' ἤχθαρε Λατώ*] haec quid sibi velint fateor ignorare.

17. *ἐόντ'*] correxit Hermannus; vulg. *ἐόντα*, quod retinuit Mehlhornius quo servaretur epitritus, mihi quidem vel propter ingratum homoeoteleuton displicet. Non male tamen idem Mehlhornius scribendum suspicatur *ὄντ α*.

18. *σκυβαλικτοῖσι*] editum est ex emendatione Hermanni, v. Praefat. ad ed. min. l. l. Alteram Hermanni correctionem Praefat. ad epit. doctr. metr. propositam *σκυβαλιστοῖσι* recepit Mehlhornius. Vulgo *σκυβαλικοῖσι*. Coraes de scriptura editionis Iuntinae T. VI. p. 479.: *ἡ ΔΓ ἀργυρίοισι βαλικοῖσι ὑπονοεῖν παρέχει μήποτε ἐγέγραπτο Ἀργυρίοισι βασιλικοῖσι. Δηλοῖ δὲ καὶ τὰ ἑπόμενα ὅτι σκοπὸς ἦν τῷ Τιμοκρέοντι κατηγορῆσαι, ἢ μᾶλλον καταψεύσασθαι Θεμιστοκλέους ὡς δῶρα παρὰ τοῦ Περσῶν βασιλέως λαβόντος ἐπὶ τῷ προδοῦναι*

εἰς πάτραν Ἰάλυσον,
480 ' λαβὼν δὲ τρί' ἀργυρίου τάλαντ', ἔβα πλέων
εἰς ὄλεθρον,
τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων,
τοὺς δὲ καίνων

19. πάτραν] Hermannus, vulgo πατρίδα. 20. τρί'] Coraes ex Bodl. 3. nec aliter Par., vulgo τρία. 21. δ' ἐκδιώκων] Par. δὲ ἐκδ. καίνων] Par. Bodl. 3. Vulc. Iunt. κενῶν.

τὴν Ἑλλάδα: ad quae respondens Schaeferus, *sed Timocreon*, inquit, *cum dicatur* ἐπὶ μηδισμῷ φυγεῖν, *fieri non potuit ut Persae facerent impensam, quo minus homo sibi deditus in patriam rediret. Satis autem* νοητὸν *quod editum est.* ἀργύρια σκυβαλικὰ *vernacule dicas Dreckgeld, seu alia uti voce malis, fortasse magis etiam decente tam maledicum poetam, sed adeo inhonesta turpique ut scribere pudeat.* Nempe σκύβαλον est τὸ δι' ἐντέρων ἐκδιδόμενον, κυσίβολόν τι ὄν, v. Etymol. M. s. v.

19. Ἰάλυσον] Ialysus urbs Rhodi, v. Homer. Il. II. 656. Strabon. XIV. p. 653., cuius tempore κώμη erat, et M. G. Heffterum geogr. Rhodi insulae part. II. p. 2. sqq. De prosodia (◡ – ◡◡) Mehlhornius confert Heynium ad Il. l. l. et Meinekium ad Euphor. p. 62. Accentus sedes incerta, libris plerumque inter Ἰάλυσος s. Ἰήλυσος et Ἰαλυσὸς fluctuantibus, v. Poppon. Proleg. Thucyd. I. 2. p. 472. Heffterum l. l.

20. τρι' ἀργυρίου τάλαντ'] Herodotus quum libro VIII. 4. narrat, Euboeenses Themistocli triginta talentorum munere persuasisse (cf. ad VII.), ut relicuos Graecorum duces permoveret προςμεῖναι χρόνον ὀλίγον, ἔστ' ἂν αὐτοὶ τέκνα τε καὶ τοὺς οἰκέτας ὑπεκθέωνται, Valckenarius id poetam respicere suspicatus in annotatione ad libr. VIII. 112. τρία ait videri posse in τριάκοντα mutanda. At enim aliud egit vir magnus: neque enim dubitare licet, quin pecuniam dicat Timocreon ab adversariis suis Themistocli datam eo consilio, ut reditum eius in patriam impedirent, id quod supra ipse significavit Plutarchus. Inde pergit poeta: ἔβα πλέων εἰς ὄλεθρον, quod sic conversum ab Cruserio: *vadit in malum exitium*, non videtur aliud sonare, quam quod apud nos interdum audias: *er ging zum Teufel.* Nam utriusque locutionis vim ac virtutem si recte perspicio, utitur ea, qui ab alio se destitutum sentiens nulla non mala ei imprecatur, sic quidem, ut quae fieri cupit, ut vera ponat et indubia.

21. In versuum descriptione secutus sum Mehlhornium, ut

ἀργυρέων ὑπόπλεως, Ἰσθμοῖ δὲ πανδοκεὺς γελοίως ψυχρὰ κρέα παρέχων·

22. ἀργυρέων] Hermannus, vulgo ἀργυρίων. Ἰσθμοῖ] Vulc. Ἰσθμοῖς. δὲ πανδοκεὺς] Hermannus, vulgo δ' ἐπανδόκευε. Par. δὲ πανδόκευε. ψυχρὰ] Bodl. 3. ψύχεια.

quisque longiorum versuum in fine haberet epitritum. Hermannus sic descripsit:

τοὺς μὲν κατάγων ἀδίκως, τοὺς δ' ἐκδιώκων
τοὺς δὲ καίνων, ἀργυρέων ὑπόπλεως,
Ἰσθμοῖ δὲ πανδοκεὺς γελοίως ψυχρὰ κρέα παρέχων.

τοὺς δὲ καίνων] Quod in aliquot libris scriptum est κενῶν pro καίνων, eo sic usus est Schaeferus, ut scribendum suspicatus sit τοὺς δ' ἐκκενῶν: *primum enim*, inquit, *de Themistoclis avaritia hoc in carmine agitur, non de crudelitate: nec quisquam alius retulit hominem crudelem fuisse, cuius humanitatem vidimus p.* 193. 22. [c. XIII.] *Deinde vide mihi quam apte sequatur oppositum* ἀργυρίων ὑπόπλεως. Quae speciosius sunt quam verius disputata. Nam primum nec metri ratio Schaeferi correctionem fert, et quod de crudelitate ait Themistoclis ab nullo alio relata scriptore, nullius est momenti, quum in poeta versemur eoque ut supra positum testatur Simonidis epigramma, maledicentissimo. Ac profecto Timocreon quum non dubitaverit perscribere Themistoclem ut auri famem expleret et reduxisse quosdam iniuste in patriam et eiecisse alios, non est cur dubitemus num ausus fuerit gravius in Themistoclem coniicere crimen hoc, ut pecuniae cupiditati satisfaceret caedis eum quorundam fuisse auctorem: ita enim licet interpretari quod Schaefero tanto opere displicuit verbum καίνειν. Quae vides et ipsa de avaritia Themistoclis dicta esse, non iniuria ipsi exprobrata, ut intelligi potest ex alio ipsius Plutarchi loco vit. Aristid. IV. τῶν δὲ δημοσίων προσόδων αἱρεθεὶς ἐπιμελητὴς οὐ μόνον τοὺς καθ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοὺς πρὸ αὐτοῦ γενομένους ἄρχοντας ἀπεδείκνυε πολλὰ νενοσφισμένους καὶ μάλιστα τὸν Θεμιστοκλέα. Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, τῆς δὲ χειρὸς οὐ κρατῶν, beneque concinunt cum hac ratione vv. ἀργυρέων ὑπόπλεως.

22. ὑπόπλεως] Hesychius: ὑπόπλεως, μεστὸς, ἔμπλεως.

Ἰσθμοῖ] huius formae, de qua dubitasse videtur Bastius ad Gregor. Cor. p. 369., aliquot exempla Schaeferus attulit ibidem.

πανδοκεὺς] edidi ex verissima, ut mihi videtur, emendatione Hermanni, v. Praefat. ad edit. min. p. XXIII. Etym. M. πανδοκεὺς, πανδοχεὺς, ὁ πάντα δεχόμενος: cf. Thom. M. s. v. ibique interpretes.

οἱ δ᾽ ἤσθιον, κηὔχοντο μὴ ὥραν Θεμιστοκλεῦς γενέσθαι.

23. Θεμιστοκλεῦς] Hermannus, vulgo Θεμιστοκλέους.

Nec structurae ratio fallet attentiorem. Ceterum quo haec spectarent nec alii dixerunt et ego me ignorare fateor. Itidem ψυχρὰ κρέα habent aliquid obscuri, nec poenitebit addidisse, aliquando me suspicatum esse γλίσχρα, v. Anecdota Bachmanni T. I. p. 36. λέγεται γὰρ κρέα γλίσχρα τὰ ἄσαρκα καὶ δερματώδη.

23. οἱ] pluralis referendus ad πάντας vel consimilem, quae in πανδοκεὺς inest, notionem.

μὴ ὥραν Θ. γονέσθαι] Ita corrigit et exponit Casaubonus ad Athenaeum in notis p. 112. μὴ ὥρας Θεμιστοκλέα παραγενέσθαι, *ne ad anni finem perveniret*: hoc est, ut ante annum vertentem moreretur. Sic Diod. Laert. in Socrate, εἰς τὰς ὥρας ἐλθεῖν, quod male vertitur, *longaevos fore*, pro, *alterum annum victuros*. Forte etiam legi possit levissima cum mutatione, μὴ ὥραν Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι, *ne obtingat Themistocli altera anni tempestas*. ὥρα enim et ὧραι eodem sensu sumuntur: sic Schol. Aristoph. in Lysistr. v. 689. ἵνα μὴ εἰς ὥραν ἔλθῃ. — *Bryanus*. Διορθοῦν ἐπεχείρησαν οἱ μὲν, Μὴ ὥρας Θεμιστοκλέα παραγενέσθαι, οἱ δὲ, Μὴ ὥραν Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι. Ὅπως ποτὲ δ᾽ ἂν ἔχῃ τὰ τῆς γραφῆς, τοῦτο γοῦν πρόδηλον, ὅτι Τιμοκρέων τὸ μᾶλλον ἐν χρήσει, Μὴ ὥρας ἔχοιτο, ἢ Μὴ ὥραισιν ἔχοιτο ὁ Θεμιστοκλῆς, δηλοῦν ἠβούλετο. Τοῦτο δὲ ἡ παρ᾽ ἡμῖν συνήθεια, παραπλησίως ἐπὶ κατάρας διὰ τοῦ, Νὰ μὴ φθάσῃ τοῦ χρόνου, ἐκφράζει, καθάπερ καὶ τὸ, Εἰς ὥρας ἔχοιτο, ἐπὶ εὐχῆς εὐνοϊκῆς, διὰ τοῦ, Καὶ τοῦ χρόνου. *Coraes*. Integra haec transscripsi, ne forte lectores aegre ferrent omissa, etsi multo melius rem gessisse existimo Hermannum in Praef. ad Epit. doctr. metr. p. XVI. sqq., qui cum alia multa, quae lectores apud ipsum cognoscant necesse est, acute de usu formulae exposuit probaturus ὥραν, quod anni tempora significat, addita negatione μὴ, quae cum hiatu legenda est, idem esse quod ἀωρίαν: tum denique de hoc loco addidit haec: *Timocreon autem quum dixit*, μὴ ὥραν Θ. γεν., *declinans vulgarem usum idem illud voluit*, *non tempus*, *i. e. absentiam Themistoclis fieri*, *sive, ut magis perspicue dicam*, *fieri*, *ut nullus sit Themistocles*. Parum tamen Hermanni disputatio satis fecit Schaefero, cui mira, ut mihi videtur, in mentem venit explicatio haec: *Quid si ad* ὥραν *subaudias* τοῦ ἐσθίειν *s. simplex* ἐσθίειν? *ut sensus sit: optabantque ut Themistocles male esuriret*. *V. Xenophont. Cyrop.*

Πολὺ δ' ἀσελγεστέρᾳ καὶ ἀναπεπταμένῃ μᾶλλον εἰς τὸν Θεμιστοκλέα κέχρηται βλασφημίᾳ μετὰ τὴν φυγὴν αὐτοῦ καὶ τὴν καταδίκην ὁ Τιμοκρέων ᾆσμα ποιήσας, οὗ ἐστιν ἀρχή·

Μοῦσα τοῦδε τοῦ μέλεος
κλέος ἀν' Ἕλλανας τίθει,
ὡς ἐοικὸς καὶ δίκαιον.

Λέγεται δ' ὁ Τιμοκρέων ἐπὶ μηδισμῷ φυγεῖν συγ- 481
καταψηφισαμένου τοῦ Θεμιστοκλέους. Ὡς οὖν ὁ Θεμιστοκλῆς αἰτίαν ἔσχε μηδίζειν, ταῦτ' ἐποίησε πρὸς αὐτόν·

25. κέχρηται βλασφημίᾳ] Par. βλασφ. κέχρ. Iunt. δυσφημίᾳ κέχρηται. 29. κλέος] om. Bodl. 3. Ἕλλανας] vulgo Ἕλληνας.

IV. 5. *in. et conf. V.* 4. 18. *VIII.* 7. 4. *Memor. II.* 1. 2.

Θεμιστοκλεῦς] ita pro Θεμιστοκλέους corrigi dialecti postulabat ratio, v. Gregor. Cor. p. 298. Buttmannus gr. gr. T. I. p. 108. et 187.

24. ἀναπεπταμένῃ — βλασφημίᾳ] *multo apertiore maledicentia:* ἀναπεπταμένην παρρησίαν dixit de Stoicor. repugn. p. 1050. C. ἀναπεπταμέναι ἁμαρτίαι. Aem. P. V., de quo loco nunc demum vera docuit Schaeferus: vid. qui pluribus locis hunc usum astruxit Wyttenbachius ad Moral. p. 882. Oxon.

33. αἰτίαν ἔσχε μηδίζειν] *culpam sustinuit*, *crimen habuit*, v. quos laudat C. Fr. Hermannus ad Lucian. de conscr. hist. p. 235. et 344. Ceterum falli, qui in eiusmodi locis articulum ad infinitivum necessarium ducant et hic locus documento est, et alii sat multi: vid. de Herodoti malign. p. 867. C. ὁ μὲν Πίνδαρος οὐκ ὢν συμμάχου πόλεως, ἀλλὰ μηδίζειν αἰτίαν ἐχούσης. Brut. XLVI. Κασσίου τεθνηκότος, ὃς αἰτίαν ἔσχε καὶ Βροῦτον ἐνάγειν εἰς ἔνια τῶν βιαιοτέρων. Cimon. IV. ἔτι δὲ νέος ὢν αἰτίαν ἔσχε πλησιάζειν τῇ ἀδελφῇ. Non fuit igitur cur tentaretur locus Alcibiad. XVI. πλὴν ὅτι τοὺς Μηλίους ἡβηδὸν ἀποσφαγῆναι τὴν πλείστην αἰτίαν ἔσχεν. Idem usus quum pertineat ad adiectivum αἴτιος, recte quidem Reiskium Pelopid. VI. συναιτίους γενομένους τῷ δήμῳ κατελθεῖν edidisse τοῦ κατελθεῖν non solum cod. Monac. sed etiam Parisini ac Palatini evincit auctoritas, sed falli puto Schneiderum ad Xenoph. Hellen. VII. 4. 19. et 5. 15., Reiskiumque qui Herodot. II. 26. αἴτιος δὲ ὡὐτὸς οὗτος

Οὐκ ἄρα Τιμοκρέων
μοῦνος, ὃς Μήδοισιν ὁρκιατομεῖ,
ἀλλ' ἐντὶ κἄλλοι δὴ πονηροὶ, κοὐκ ἐγὼ μόνα
κόλουρις·
ἐντὶ καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες.

CAPUT XXII.

Ἤδη δὲ καὶ τῶν πολιτῶν διὰ τὸ φθονεῖν 123

36. *ὃς*] addidi ex emendatione Hermanni. *ὁρκιατομεῖ*] Hermannus. Par. Anon. *ὅρκια τέμνει*. vulgo *ὅρκια τέμοι*. 37. *ἀλλ' ἐντὶ*] edd. vett. *ἀλλ' ἔντι* et mox *ἔντι καί*. *κοὐκ*] Hermannus, vulgo *οὐκ*. 38. *ἄλλαι*] edd. vett. *ἄλλοι*.

κατὰ γνώμην τὴν ἐμὴν καὶ τὸν ἠέρα ξηρὸν τὸν ταύτῃ εἶναι correxit *τοῦ τὸν ἠέρα*, quum c. 20. legisset *τοὺς ἐτησίας ἀνέμους εἶναι αἰτίους πληθύειν τὸν ποταμὸν*, nec debebat Schweighaeuserus quod omnium scriptorum est commune soli putare licuisse Herodoto: vid. Schaef. Melet. cr. p. 23. ad Demosthen. T. II. p. 144. et Krueger. ad Xenoph. Anabas. VI. 4. 8.

36. *ὁρκιατομεῖν*] Hermanni emendationem (vid. Praefat. ad edit. min. p. XXIV.) satis tuetur analogia formarum *ὁρκιητόμος* et *ὁρκιηφόρος* a Bastio citatarum Comment. palaeogr. p. 717. et Epist. crit. p. 16. — *Ὅρκια δὲ Μήδοισι τέμνειν, ἐστὶ τὸ φιλιοῦσθαι τοῖς Μήδοις, ἀπὸ τοῦ γενομένου ὑπὸ τῶν καταλυόντων τὸν πόλεμον καὶ σπενδομένων ἀλλήλοις. ζῶα γὰρ ἔτεμνον, τουτέστιν ἐθυσίαζον, ἐπὶ τοῖς ὅρκοις καὶ διαλλαγαῖς. Coraes.*

37. *κόλουρις*] *Κολοβὴ τὴν οὐράν· καὶ ἰδιαιτέρως ἐπὶ ἀλώπεκος, ἣν καὶ Κοθοῦριν Ἡσύχιος ὀνομάζει. Coraes.* Hesychius quum voc. *κοθοῦριν*, quod forma tantum differre arbitror ab *κόλουρις*, interpretetur *ἀλώπεκα*, Timocreontem hoc sensu existimo usum esse eo vocabulo, ut non differat ab *ἀλώπηξ*, monstrantque id quae sequuntur *ἐντὶ καὶ ἄλλαι ἀλώπεκες*. Magis proprie tamen Schaeferus interpretatur in hunc modum: *Non mihi soli amputanda est cauda, sed aliis vulpibus idem accidit. Sensus: non ego solus, quod Persis faverem in exilium pulsus sum, sed alios etiam propterea solum vertere coegerunt.*

XXII. 1. *καὶ τῶν πολιτῶν*] iam non solis Lacedaemoniis erat exosus (c. XX. extr.) sociisque molestus (c. XXI. init.), sed etiam cives obtrectatorum voces libenter admiserunt.

ἡδέως τὰς διαβολὰς προσιεμένων ἠναγκάζετο λυπηρὸς εἶναι τῶν αὑτοῦ πράξεων ἐν τῷ δήμῳ πολλάκις μνημονεύων· καὶ πρὸς τοὺς δυσχεραίνοντας „Τί κοπιᾶτε“ εἶπεν „ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὖ πάσχοντες;“ Ἠνίασε δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν εἰσάμενος, ἣν Ἀριστοβούλην μὲν

3. τῶν αὑτοῦ] Par. et edd. vett. αὐτοῦ. 4. μνημονεύων] cum Bryano reliqui editores, vulgo μνημονευομένων. Bodl. 3. μνημονευόμεναι αἱ πρός. 7. εἰσάμενος] vulgo εἰσάμενος. correxit Reiskius.

2. ἠναγκάζετο λυπηρὸς εἶναι] cogebatur eo modo sese gerere, quo molestus futurus esset populo. Similiter Cicero in hominum incurrit invidiam, v. eius vit. XXIV. τῷ ἐπαινεῖν ἀεὶ καὶ μεγαλύνειν αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὸ πολλῶν δυσχεραινόμενος.

4. τί κοπιᾶτε] Apophth. p. 185. D. Τῶν δὲ Ἀθηναίων αὐτὸν προπηλακιζόντων, Τί κοπιᾶτε, εἶπεν, ὑπὸ τῶν αὐτῶν πολλάκις εὐχρηστούμενοι; de sui laude p. 541. D. Θεμιστοκλῆς οὐδὲν ἐπὶ τῶν πράξεων εἰπὼν οὐδὲ ποιήσας ἐπαχθὲς ὁπηνίκα τοὺς Ἀθηναίους ἑώρα μεστοὺς ὄντας αὐτοῦ καὶ περιορῶντας οὐκ ἐφείδετο λέγειν, τί, ὦ μακάριοι, κοπιᾶτε, πολλάκις ὑπὸ τῶν αὐτῶν εὖ πάσχοντες: et sic reipubl. ger. praec. p. 812. B. Dacerius: Them. élude cela par un ridicule, comme s' il leur disoit: vous ne vous laissez pas de recevoir souvent du bien d' une même personne et vous vous laissez de l' en entendre souvent parler.

7. Ἀρτέμιδος — ἣν Ἀριστοβούλην μὲν προσηγόρευσεν] Vocat Noster de Herodoti malign. p. 1597. [p. 869. C.] ναὸν βουλῆς (leg. βουλαίας) Ἀρτέμιδος. Hinc Diana Βουλαία cognominabatur: ad cuius aram Theramenes confugisse dicitur in Vita Isocratis p. 1538. [836. F.], ita enim locum lego: φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίας ἑστίαν, non βουλαίαν. *Bryanus.* De Diana βουλαία fateor mihi nihil constare, nec dubitandum puto, quin in altero loco, ubi haec scripta sunt: οἶμαι μηδ' ἐκείνους ἀνηκόους εἶναι Θεμιστοκλέους καὶ τοῦ Θεμιστοκλέους βουλεύματος, ὃ βουλεύσας τῇ Ἑλλάδι ναυμαχῆσαι πρὸ τῆς Σαλαμῖνος, ἱδρύσατο ναὸν βουλῆς (sic libri) Ἀρτέμιδος ἐν Μελίτῃ, τοῦ βαρβάρου καταπολεμηθέντος: hic igitur non dubito, quin Xylandro auctore ex hoc loco recte scriptum sit Ἀριστοβούλης, pertinetque fortasse huc quod Plutarchus refert de glor. Athen. p. 349. F. Athenienses τὴν ἕκτην ἐπὶ δέκα τοῦ Μουνυχιῶνος Ἀρτέμιδι καθιέρωσαν, ἐν ᾗ τοῖς Ἕλλησι περὶ Σαλα-

προςηγόρευσεν, ὡς ἄριστα τῇ πόλει καὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευσάμενος· πλησίον δὲ τῆς οἰκίας κατε-
482 σκεύασεν ἐν Μελίτῃ τὸ ἱερὸν, οὗ νῦν τὰ σώματα τῶν θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι καὶ τὰ

11. θανατουμένων] Bodl. 3. θανουμένων. οἱ δήμιοι] Par. Bodl. 3. Vulc. Iunt. δῆμοι. Ald. et Basil. δήμιοι οἱ (sic).

μῖνα νικῶσιν ἐπέλαμψεν ἡ θεὸς πανσέληνος. Sed in altero loco imperite versatus est Bryanus: scilicet de Theramene ibi scribuntur haec: συλλαμβανομένου ὑπὸ τῶν τριάκοντα καὶ φυγόντος ἐπὶ τὴν βουλαίαν Ἑστίαν: quod apertum est de *ara Vestae Athenis in curia posita* intelligendum esse. Conf. Diodorus XIV. 4. de eadem re sic scribens: ὁ δὲ — ἀνεπήδησε μὲν πρὸς τὴν βουλαίαν Ἑστίαν, ἔφησε δὲ πρὸς τοὺς θεοὺς καταφεύγειν οὐ σωθήσεσθαι νομίζων ἀλλὰ σπεύδων τοῖς ἀνελοῦσιν αὐτὸν περιποιήσασθαι τὴν εἰς τοὺς θεοὺς ἀσέβειαν. Xenophon. Hellenic. II. 3. 52. simpliciter τὴν Ἑστίαν dixit, cf. Schol. ad Aristoph. Ran. v. 546. Harpocration v. βουλαία: Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ Καλλισθένους ἐνδείξει· Μαρτύρομαι τὴν Ἑστίαν τὴν βουλαίαν· οἷον τὴν ἐν βουλῇ ἱδρυμένην.

10. ἐν Μελίτῃ] Locus est Athenis, quem curia tribus Cecropidis seu Oeneidis, (hoc Stephanus habet, illud Suidas) habitabat. Mentio est supra in Solone [c. XI.] de Salamina et Aiacis filiis. Meminit et Demosthenes in actione iniuriarum adversus Cononem [p. 1258. 27. R.] et in Ranis Aristophanes, dicens — ὁ ἐκ Μελίτης Μαστιγίας. De Hercule ibi Schol. Et Phocionis aedes in Melita fuisse, Plutarchus in vita eius [XVIII.] affirmat. Hoc dico, ne quis de Melita insula cogitet. *Xylander.* Add. Harpocrat. s. v. et Valerium T. II. p. 352. Lips., imprimis Boeckhium Corp. Inscr. T. I. p. 125. b. et 309. a.

οὗ νῦν] Plutarchus loquitur de more sui aevi, quare νῦν dicit, nam ante hoc tempus τῷ δημείῳ alius locus erat constitutus, v. Platon Reipubl. IV. p. 439. extr. Inde etiam explicandum quod ait strangulatorum corpora eo loco proiecta esse: namque hoc supplicii genus vereor ne Themistoclis tempore usitatum non fuerit: nisi forte ἀπαγχομένων forma media positum existimare malis de iis, qui suam ipsi vitam suspendio finiverint, ut praesens tempus eo modo dictum sit, quo οἱ τεθνηκότες saepe dicuntur ἀποθνήσκοντες, v. Schaeferum ad Plut. T. VI. p. 405. Quamquam Aeschinis quidem tempore alia in eos poena erat constituta, v. or. contr. Ctesiph. p. 636.

11. οἱ δήμιοι] ὁ δήμιος s. ὁ δημόσιος vel ὁ δημόκοινος,

ἱμάτια καὶ τοὺς βρόχους τῶν ἀπαγχομένων καὶ καθαιρεθέντων ἐκφέρουσιν. Ἔκειτο δὲ καὶ τοῦ Θεμιστοκλέους εἰκόνιον ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀριστοβούλης ἔτι καθ᾽ ἡμᾶς· καὶ φαίνεταί τις οὐ τὴν ψυχὴν μόνην, ἀλλὰ καὶ τὴν ὄψιν ἡρωϊκὸς γενόμενος. Τὸν μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸν ἐποιήσαντο κατ᾽ αὐτοῦ καθαιροῦντες τὸ ἀξίωμα καὶ τὴν ὑπεροχὴν, ὥςπερ

18. *καθαιροῦντες*] **scribi etiam** *κολούοντες* **annotat H. Stephanus.**

ὁ ἐπ᾽ ὀρύγματι, carnifex publicus, suppliciorum exsecutor, v. Ulrichium addend. ad IV. Platon. diall. interpr. german. p. 233. Apparet autem ex h. l. non unum, sed plures carnifices Athenis fuisse, cf. Schoemannum ac Meierum de processu att. p. 75.

15. *φαίνεταί τις — ἡρωϊκὸς γενόμενος*] *τὶς* pronomen similiter adiectivis additur cum alibi, tum Phocion. XIV. *δοκῶν ἄμαχός τις εἶναι καὶ ἀνανταγώνιστος.* Caton. mai. XIV. *ὁ Κάτων ἀεὶ μέν τις ἦν τῶν ἰδίων ἐγκωμίων ἀφειδής.* Effigiem Themistoclis ex Museo Vaticano addidit Coraes, alia laudatur Bosio ad Nepotem vit. Them. initio.

17. *τὸν μὲν οὖν ἐξοστρακισμὸν κ. τ. λ.*] De ostracismo dictum ad c. XI., hic addimus Diodor. XIX, 1. *τοῦτ᾽ ἔπραττον οὐχ ἵνα τῶν προγεγενημένων ἀδικημάτων λάβωσι τιμωρίαν, ἀλλ᾽ ὅπως τοῖς δυναμένοις παρανομεῖν ἐξουσία μὴ γένηται κατὰ τῆς πατρίδος ἐξαμαρτεῖν:* cl. c. 54. Plut. Nic. XI. *γιγνομένης ὀστρακοφορίας, ἣν εἰώθει διὰ χρόνου τινὸς ὁ δῆμος ποιεῖσθαι, ἕνα τῶν ὑπόπτων ἢ διὰ δόξαν ἄλλως ἢ πλοῦτον ἐπιφθόνων ἀνδρῶν τῷ ὀστράκῳ μεθιστὰς εἰς δέκα ἔτη.* Nescio quam verum sit, quod de annua consuetudine scriptum exstat in Lex. Rhetor. post Photium Porsoni p. 672. s. v. *κυρία.* Fiebat autem testarum suffragium in hunc modum: *ὄστρακον λαβὼν ἕκαστος καὶ γράψας ὃν ἐβούλετο μεταστῆσαι τῶν πολιτῶν ἔφερεν εἰς ἕνα τόπον τῆς ἀγορᾶς περιπεφραγμένον ἐν κύκλῳ δρυφάκτοις. Οἱ δ᾽ ἄρχοντες πρῶτον μὲν διηρίθμουν τὸ σύμπαν ἐν ταὐτῷ τῶν ὀστράκων πλῆθος· εἰ γὰρ ἑξακισχιλίων ἐλάττονες οἱ γράψαντες εἶεν, ἀτελὴς ἦν ὁ ἐξοστρακισμός· ἔπειτα τῶν ὀνομάτων ἕκαστον ἰδίᾳ θέντες τὸν ὑπὸ τῶν πλείστων γεγραμμένον ἐξεκήρυττον εἰς ἔτη δέκα καρπούμενον τὰ αὑτοῦ:* Plut. Aristid. VII.

18. *καθαιροῦντες τὸ ἀξίωμα*] Scriptum est etiam *κολούοντες*, quod magis proprie de hac re dici videtur: frequentius quidem certe dici puto.

εἰώθεσαν ἐπὶ πάντων, οὓς ᾤοντο τῇ δυνάμει βαρεῖς καὶ πρὸς ἰσότητα δημοκρατικὴν ἀσυμμέτρους εἶναι. Κόλασις γὰρ οὐκ ἦν ὁ ἐξοστρακισμὸς, ἀλλὰ παραμυθία φθόνου· καὶ κουφισμὸς ἡδομένου τῷ ταπεινοῦν τοὺς ὑπερέχοντας καὶ τὴν δυςμένειαν εἰς ταύτην τὴν ἀτιμίαν ἀποπνέοντος.

CAPUT XXIII.

483 Ἐκπεσόντος δὲ τῆς πόλεως αὐτοῦ καὶ διατρίβοντος ἐν Ἄργει τὰ περὶ Παυσανίαν συμπεσόντα κατ᾽ ἐκείνου παρέσχε τοῖς ἐχθροῖς ἀφορμάς. Ὁ δὲ

XXIII. 3. *κατ᾽ ἐκείνου*] Par. Bodl. 3. et Vulc. vulgo *αὐτοῦ*.

H. Stephanus. Idem perplacet Schaefero probavitque Baehrius in censura edit. minoris, maxime propter Alcibiad. XIII. τὸ ὄστρακον — ᾧ κολούοντες ἀεὶ τὸν προὔχοντα δόξῃ καὶ δυνάμει τῶν πολιτῶν ἐλαύνουσι, παραμυθούμενοι τὸν φθόνον μᾶλλον ἢ τὸν φόβον: nec pugnabo pro nostra lectione, si altera in codd. fuerit reperta, etsi ipse ille frequens vv. κολούειν, κόλουσις de ea re usus in caussa potest fuisse, cur alterum mutaretur.

23. τοὺς ὑπερέχοντας] potentia et auctoritate opibusque praestantes; Aristid. T. III. p. 398. ἐκόλουον τοὺς ὑπερέχοντας μεθιστάντες ἔτη δέκα. Conf. Aristot. Polit. III. 9. et τοὺς ὑπειρόχους Herodoti V. 92. 7.

XXIII. 1. Ἐκπεσόντος] ἐκπίπτειν constat voc. proprium esse de iis, qui patria eiiciuntur, v. Duker. ad Thucyd. VII. 50.

διατρίβοντος ἐν Ἄργει] Thucydides I. 135. ἔτυχε γὰρ ὠστρακισμένος καὶ ἔχων δίαιταν μὲν ἐν Ἄργει, ἐπιφοιτῶν δὲ καὶ ἐς τὴν ἄλλην Πελοπόννησον. Nepos Them. VIII.: Argos habitatum concessit. Hic quum propter multas virtutes magna cum dignitate viveret, Lacedaemonii legatos Athenas miserunt, qui eum absentem accusarent, quod societatem cum rege Persarum ad Graeciam opprimendam fecisset: cl. Diodor. XI. 55.

3. κατ᾽ ἐκείνου] bonis commendatum libris recipiendum duxi, idemque non improbat Schaeferus laudans sua in H. Stephani Thesaur. c. 3659. A. Vulgatum αὐτοῦ ab iis profectum videtur, quos αὐτοῦ et ἐκείνου tam exiguo spatio deinceps posita ut eundem hominem significarent, offenderent,

γραψάμενος αὐτὸν προδοσίας Λεωβότης ἦν Ἀλκμέωνος Ἀγραύληθεν, ἅμα συνεπαιτιωμένων τῶν Σπαρτιατῶν. Ὁ γὰρ Παυσανίας, πράττων ἐκεῖνα δὴ

4. Λεωβότης] Vulc. λεοβύτης. Ἀλκμέωνος] dedi ex Iunt. cum qua fere consentit Par. exhibens ἀλκμαίωνος (ε supra scr.): vulgo Ἀλκμαίωνος.

v. tamen Plut. Rom. XXIX. ἱερὸν μὲν οὖν αὐτοῦ ἐστι κατεσκευασμένον ἐν τῷ λόφῳ τῷ Κυρίνῳ προςαγορευομένῳ δι' ἐκεῖνον. Flamin. VII. διαπραξαμένων δὲ τῶν φίλων αὐτῷ μήτε τὸν Φίλιππον ὧν ἔχρῃζεν τυχεῖν καὶ τοῦ πολέμου τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ φυλαχθῆναι. Thuc. I. 133. de Pausania: ἀνὴρ Ἀργίλιος, παιδικά ποτε ὢν αὐτοῦ καὶ πιστότατος ἐκείνῳ, μηνυτὴς γίγνεται. Conf. Schaeferum ad Demosthen. T. III. p. 160. et in Ind. ad Plutarchum. v. ἐκεῖνος. Ceterum quod Reiskius ante κατὰ praepositionem addendum putavit καὶ etsi aliquid commendationis habet ex Thucyd. I. 135. ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, necessarium tamen non esse vel ea ostendunt, quae mox sequuntur: οὕτω δὴ τοῦ Παυσανίου θανατωθέντος ἐπιστολαί τινες — εἰς ὑποψίαν ἐνέβαλον τὸν Θεμιστοκλέα.

παρέσχε — ἀφορμάς] ἀφορμὴν Buttmannus Indic. ad Demosth. Mid. interpretatur, *materiam omnem, quae inserviat alicui in rebus gerendis et in vitae genere:* διαβολῆς ἀφορμὰς ἐνδιδόναι Plutarchus dixit in Pericl. XXXIII. v. Baehr. ad Pyrrh. p. 237.

4. Λεωβότης] Λεωβάτης nomen hominis scribitur Moral. p. 605. E.

Ἀλκμέωνος] de scriptura nominis vid. Praefat. ad edit. min. p. XI. sq. De eadem re Plut. Aristid. XXV. Ἀλκμαίωνος καὶ Κίμωνος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐλαυνόντων καὶ κατηγορούντων: rursusque Alcmaeonis, non filii, ut adversarii Themistoclis mentio fit Praecept. reip. ger. p. 805. C. Pecunia adversarios ab Lacedaemoniis ad accusationem adductos esse Diodorus scribit libr. XI. 54. sq. caussam, cur fecerint, satis mirabilem prodens hanc: Λακεδαιμόνιοι δὲ ὁρῶντες τὴν μὲν Σπάρτην διὰ τὴν Παυσανίου τοῦ στρατηγοῦ προδοσίαν ταπεινῶς πράττουσαν, τοὺς δὲ Ἀθηναίους εὐδαιμονοῦντας διὰ τὸ μηδένα παρ' αὐτοῖς πολίτην ἐπὶ προδοσίᾳ κατεγνῶσθαι, ἔσπευδον τὰς Ἀθήνας ταῖς ὁμοίαις περιβαλεῖν διαβολαῖς. Lacedaemoniis auctoribus Themistoclem accusatum esse scribit etiam Thucydides.

6. Παυσανίας — προδοσίαν] de ea re uberius exponunt Thucydides I. 128. sqq. Diodorus. XI. 44. sqq. et Nepos in Pausania, ubi v. interpr.

τὰ περὶ τὴν προδοσίαν πρότερον μὲν ἀπεκρύπτετο τὸν Θεμιστοκλέα, καίπερ ὄντα φίλον· ὡς δ' εἶδεν ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας καὶ φέροντα χαλεπῶς, ἐθάρσησεν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῶν πραττομένων παρακαλεῖν, τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως ἐπιδεικνύμενος αὐτῷ καὶ παροξύνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ὡς πονηροὺς καὶ ἀχαρίστους. Ὁ δὲ τὴν μὲν δέησιν

ἐκεῖνα δή] pronomen, ut saepe, dictum de re nota.

8. *καίπερ ὄντα φίλον*] de capienda ex inim. utilit. p. 89. F. *Θεμιστοκλεῖ δὲ Παυσανίας μηδὲν ἀδικοῦντι προσετρίψατο τὴν ὑποψίαν τῆς προδοσίας διὰ τὸ χρῆσθαι φίλῳ καὶ γράφειν συνεχῶς καὶ πέμπειν πρὸς αὐτόν.* Secundum Diodor. XI. 54. 55. Themistocles bis in *προδοσίας* iudicium vocatus est, quae omnis eius narratio quoniam in nonnullis discrepat, comparanda.

9. *ἐκπεπτωκότα τῆς πολιτείας*] *πόλεως* sine idonea caussa, ut ego arbitror, malit Schaeferus, conferens quod supra legitur *ἐκπεσόντος δὲ τῆς πόλεως αὐτοῦ.* Exempla eius confusionis dedit idem ad Solon. XX. T. I. p. 318.

10. *ἐπὶ τὴν κοινωνίαν παρακαλεῖν*] cf. Alexandr. XLIX. *ἐπὶ τὴν κοινωνίαν τῆς πράξεως παρεκάλει.* Sertor. V. *διαπορεῖν ὅπως ἀπώσεται Μάριον αὐτὸς ἐπὶ κοινωνίᾳ πραγμάτων κεκληκώς:* cod. Monacensis *κοινωνίαν*, quae sane usitatior dicendi ratio; nec tamen falsus est dativus, cuius vis haec est, ut qua quis conditione vocetur vel vocatus sit, indicet, accusativo id significante, ad quod quis invitatur. Ibid. XXII. *καλούντων δὲ τῶν περὶ Ἰβηρίαν φίλων αὐτὸν ἐφ' ἡγεμονίᾳ:* sine caussa H. Stephanus suspicatur *ἡγεμονίαν*, vid. c. X. *ἐκάλουν (αὐτὸν) ἐφ' ἡγεμονίᾳ.*

11. *τὰ γράμματα τοῦ βασιλέως*] regis epistolam servavit Thucyd. I. 129.

ἐπιδεικνύμενος] cf. ad c. II.

13. *τὴν μὲν δέησιν ἀπετρίψατο*] *ἀποτρίβεσθαί τι* primo per ipsam originis vim notat *aliquid deterendo eximere et abigere*; deinde *repellere, repudiare:* unde nonnumquam eius loco librarii scripserunt *ἀποτρέπεσθαι* — *Wyttenbachius.* ad Moral. p. 592. cuius exemplis adde Fab. M. XVI. *ταύτην μὲν ἀπετρίψατο τὴν δέησιν.* Marcell. II. *τοῦ παιδὸς ἀποτριψαμένου τὴν πεῖραν.* Ceterum quod hic narratur de proditionis consilio Themistocli a Pausania communicato mihi non videtur dubium esse, quin ex Ephoro desumptum sit, satis id monstrante loco qui est in libro de Herodoti malign. p. 855. F. *ὁ δὲ ἱστορίαν γράφων ἃ μὲν οἶδεν*

ἀπετρίψατο τοῦ Παυσανίου καὶ τὴν κοινωνίαν ὅλως ἀπείπατο, πρὸς οὐδένα δὲ τοὺς λόγους ἐξήνεγκεν, οὐδὲ κατεμήνυσε τὴν πρᾶξιν, εἴτε παύσασθαι προςδοκῶν αὐτὸν, εἴτ' ἄλλως καταφανῆ γενέσθαι σὺν οὐδενὶ λογισμῷ πραγμάτων ἀτόπων καὶ παραβόλων 484

14. καὶ τὴν κοιν.] art. om. edd. vett. 16. παύσασθαι] Par. et edd. vett. vulgo παύσεσθαι. 17. γενέσθαι] Par. et edd. vett. vulgo γενήσεσθαι.

ἀληθῆ, λέγειν δίκαιός ἐστι, τῶν δ' ἀδήλων τὰ βελτίονα δοκεῖν ἀληθῶς λέγεσθαι μᾶλλον ἢ τὰ χείρονα· πολλοὶ δὲ ὅλως τὰ χείρονα παραλείπουσιν, ὥςπερ ἀμέλει περὶ Θεμιστοκλέους Ἔφορος μὲν εἰπὼν, ὅτι τὴν Παυσανίου προδοσίαν ἀνέγνω καὶ τὰ πρασσόμενα πρὸς τοὺς βασιλέως στρατηγοὺς (Thucyd. I. 129.), ἀλλ' οὐκ ἐπείσθη, φησὶν, οὐδὲ προςεδέξατο κοινουμένου καὶ παρακαλοῦντος αὐτὸν ἐπὶ τὰς ἐλπίδας. Θουκυδίδης δὲ καὶ τοπαράπαν τὸν λόγον τοῦτον, ὡς κατεγνωκὼς, παρῆκεν.

14. τὴν κοινωνίαν ὅλως ἀπείπατο] *deprecatus est*, *recusavit*, quem huius verbi usum copiose illustravit Baehrius ad Alcibiad. p. 86. sq. et ad Flamin. p. 91.

16. παύσασθαι προςδοκῶν — γενέσθαι] hanc lectionem Schaeferus haud dubie restituisset, si compertum habuisset, ita scriptum exstare in editt. vett., quod priorum interpretum socordia annotare neglexit. Cum edd. vett. consentit cod. Par. Saepissime autem *sperandi*, *existimandi* cognataeque significationis verbis addi infinitivum aoristi, satis hodie notum est, vid. Lobeck. ad Phryn. p. 751. sq. Post ἐλπίζειν infinitivus aoristi restituendus Artaxerx. XXVI. Caton. min. XLVII. Πομπήϊον δὲ καὶ προςδοκᾶν ἄριστα τοῖς παροῦσι χρήσεσθαι πράγμασι καὶ φυλάξειν διαπιστευθέντα τὴν πόλιν ex cod. Monac. scribendum χρήσασθαι: neque enim offendit aoristi temporis et futuri in una sententia coniunctio, v. multa apud Hessium Observatt. in Plut. Timol. p. 11. et in addendis, etsi is omnia confundit, C. Fr. Hermannum Specim. crit. in Plut. de superstit. p. 17. sq., qui quae affert, eis non opus est ut quicquam addam praeter God. Hermanni notam ad Euripidis Medeam ab Elmsleio editam p. 372. Lips., qua docet, hac quoque in coniunctione utrumque tempus vim suam retinere, ut aoristi infinitivus de re exigui temporis eaque instante usurpetur, futuri de re diuturniore vel olim futura.

18. παραβόλων] παράβολος *audax*, *temerarius*, quam voc. vim exemplis illustravit Wyttenbachius ad Moral. p. 516.

ὀρεγόμενον. Οὕτω δὴ τοῦ Παυσανίου θανατωθέντος ἐπιστολαί τινες ἀνευρεθεῖσαι καὶ γράμματα περὶ τούτων εἰς ὑποψίαν ἐνέβαλον τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ κατεβόων μὲν αὐτοῦ Λακεδαιμόνιοι, κατηγόρουν δ' οἱ φθονοῦντες τῶν πολιτῶν, οὐ παρόντος, ἀλλὰ διὰ γραμμάτων ἀπολογουμένου μάλιστα ταῖς προτέραις κατηγορίαις. Διαβαλλόμενος γὰρ ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πρὸς τοὺς πολίτας ἔγραφεν,

20. ἐπιστολαὶ — καὶ γράμματα] in simili re Iul. Caes. XVII. Schaeferus interpretatur *Billets*. De re Thucydides I. 135. τοῦ δὲ μηδισμοῦ τοῦ Παυσανίου Λακεδαιμόνιοι πρέσβεις πέμψαντες παρὰ τοὺς Ἀθηναίους ξυνεπῃτιῶντο καὶ τὸν Θεμιστοκλέα, ὡς εὕρισκον ἐκ τῶν περὶ Παυσανίου ἐλέγχων, ἠξίουν τε τοῖς αὐτοῖς κολάζεσθαι αὐτόν. Aristides or. de quattuor vir. p. 243. Iebb. T. II. p. 318. Dind. συμβάντων γὰρ τῶν περὶ τὸν Παυσανίαν ἅμα μὲν εἰς ἀθυμίαν ἐμπεσόντες (Lacedaemonii) καὶ βουλόμενοι συνεπισπᾶσθαι τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα δὴ μὴ μόνοι τῆς αἰσχύνης συναπολαύοιεν, ἅμα δὲ εἰ καταλείποιτ' ἐκεῖνος Ἀθήνησι δεδιότες μὴ πρὸς ἅπαντ' ἔχοιεν δύσμαχον ἀνταγωνιστὴν καὶ πρὸς τούτοις ὧν περὶ τὸν τειχισμὸν ἐξηπάτηντο μνησικακοῦντες, ἀπόντος κατηγοροῦντες διώκειν μετὰ σφῶν ἐκέλευον (τοὺς Ἀθηναίους), τεκμηρίῳ τῇ Παυσανίου μοχθηρίᾳ κατ' ἐκείνου χρώμενοι: quibus in verbis vitium inesse latuit interpretes. Nam quod scriptum est ἵνα δὴ μὴ μόνοι τῆς αἰσχύνης συναπολ. uterque quidem legit Scholiastes bellam verbi συναπολαύειν interpretationem propinans hanc: ἀντὶ τοῦ ἅμα πάντες οἱ Λακεδαιμόνιοι, vitiosum tamen esse scribendumque deleta praepositione perperam ex praegressis repetita ἀπολαύοιεν, nemo admonitus dubitabit.

24. ἀπολογουμένου — ταῖς προτέραις κατηγορίαις] Schneiderus in Lexico s. v. ἀπολογ. dictum putabat pro ἀπολογ. πρὸς τὰς προτ. κατ., quo modo Reiskius hic corrigi volebat. Interpres latinus: — *per epistolas purgantem praecipue priora crimina*, et sic intellectum est ab reliquis editoribus: perperam tamen videturque unus Schaeferus recte locum intellexisse sic interpretatus: *imprimis prioribus criminibus, tamquam argumento innocentiae certissimo. Scilicet antea in crimen venerat* ὡς ἄρχειν μὲν ἀεὶ ζητῶν, ἄρχεσθαι δὲ μὴ πεφυκώς.

26. ἔγραφεν ὡς — ἀποδόσθαι] non erat cur Reiskius post ἀποδόσθαι excidisse suspicaretur τολμῴη, nam duas scriptor miscuit structuras, al-

ὡς ἄρχειν μὲν ἀεὶ ζητῶν, ἄρχεσθαι δὲ μὴ πεφυ-

27. ἀεὶ ζητῶν] ἀεὶ om. edd. vett.

teram cum ὡς particula, quae sequi postulabat verbum finitum, alteram cum infinitivo, quae ὡς non requirit. Quam dicendi rationem constat ibi potissimum usitatam esse, ubi particulam inter et infinitivum plura verba interposita sunt, ut iure Reisigius in Enarrat. ad Oedip. Col. p. LXXIV. dixerit hanc similemque ὅτι particulae cum infinitivo constructionem ex prioris oblivione ortam esse: conf. Hermannus ad Viger. p. 900. Heindorfius ad Platon. Phaedon. p. 30. sq. Passovius ad Parthen. p. 65. Foertschiusque meus Observat. in Lysiae oratt. p. 78. sqq., a quibus quum usus iste, imprimis ὅτι particulae, exemplis abunde sit comprobatus, satis habemus pauca quaedam alterius particulae exempla, quae pleraque addubitata sunt, attulisse. Non tuebor equidem nonnullorum librorum scripturam ὁ δ' εὐθὺς ὡς ἀρχαῖον εἶν' ἔφασκε τὸ κιθαρίζειν apud Aristoph. Nub. v. 1360., de qua dixit Reisigius in Coniectan. p. 92., prae altera εὐθέως: sed Herodot. VII. 226. recte Schaeferum arbitror edidisse — Διηνέκης· τὸν τόδε φασὶ εἶπαι τὸ ἔπος πρὶν ἢ συμμῖξαι σφέας τοῖσι Μήδοισι πυθόμενον πρός τευ τῶν Τρηχινίων, ὡς, ἐπεὰν οἱ βάρβαροι ἀπιέωσι τὰ τοξεύματα, τὸν ἥλιον ὑπὸ τοῦ πλήθεος τῶν ὀϊστῶν ἀποκρύπτειν: ex libro uno, relicuis ἀποκρύπτουσι praebentibus: recteque Diodor. Sic. XV. 51. utraque ratione coniuncta nunc scribitur: ἀποκριναμένων δὲ τῶν Θηβαίων ὡς οὔτ' αὐτοὶ πολυπραγμονοῦσι — οὔτ' ἐκείνους ἅπτεσθαι προσήκειν τῆς Βοιωτίας, cf. ibidem XIII. 83. Πολύκλειτος ἐν ταῖς ἱστορίαις ἐξηγεῖται περὶ τοῦ κατὰ τὴν οἰκίαν πιθεῶνος λέγων ὡς διαμείναντος αὐτοῦ στρατευομένου ἐν Ἀκράγαντι τεθεωρηκέναι, et XIV. 107. φασὶ τοὺς Ῥηγίνους ἀποκριθῆναι δημοσίᾳ τοῖς πρεσβεῦσιν ὡς μόνην αὐτῷ συγχωρῆσαι γαμεῖν τὴν τοῦ δημοσίου θυγατέρα, ubi Wesselingius ὡς pro ὥςτε positum opinabatur. Nec longior interiecta sit oportet inter particulam et infinitivum sententia, conf. Diod. Excerpt. Vatic. p. 38. 7. Dind. ἔφασκον ὡς διά τινας χρησμοὺς τοῦτο ποιεῖν, ut non probem quod Plut. Sull. XII. ἔγραψεν ὅτι τὰ χρήματα τοῦ θεοῦ βέλτιον εἶναι κομισθῆναι πρὸς αὐτὸν ex H. Stephani correctione editum est βέλτιον εἴη, quantumvis exstet optativus in Dionis Cassii fragm. Peiresc. T. I. p. 112. Sturz., nam et in aliis excerpta ista discedunt a Plutarcheis, et hic quod optativum praetulit excerptor, nimirum praetulit quod ad sententiam rediret eodem, ad structuram paullo esset facilius. Sed Pelopid. VII. ἐποιήσατο λόγους ὡς οὔτε καλὸν οὔτε ὅσιον εἶναι δουλεύουσαν τὴν πατρίδα — περιορᾶν optativus εἴη, quem H. Stephani

κὼς μηδὲ βουλόμενος οὐκ ἄν ποτε βαρβάροις καὶ πολεμίοις αὑτὸν ἀποδόσθαι μετὰ τῆς Ἑλλάδος. Οὐ μὴν ἀλλὰ συμπεισθεὶς ὑπὸ τῶν κατηγορούντων ὁ δῆμος ἔπεμψεν ἄνδρας οἷς εἴρητο συλλαμβάνειν καὶ ἄγειν κριθησόμενον αὐτὸν ἐν τοῖς Ἕλλησιν.

29. αὑτὸν] Par. et edd. vett. αὐτὸν. 32. ἄγειν] Coraes, vulgo ἐνάγειν.

illatum coniectura post Coraen recepit Schaeferus, commendatur libri Monacensis auctoritate, quamquam vel sic plus tribuo relicuorum codicum, inter quos etiam Parisinus ac Palatinus, fidei. Eiusmodi locis uti poterit qui apud Xenophontem Anabas. V. 6. 34. ὁ δὲ Σιλανὸς ἐβόα καὶ ἐπεχείρει λέγειν ὡς δίκαιον εἴη ἀπιέναι τὸν βουλόμενον edd. vett. et libri Guelferb. scripturam δίκαιον εἶναι voluerit tueri.

29. μετὰ τῆς Ἑλλάδος] κατὰ τῆς Ἑλλάδος male suspicatur Schaeferus. Recte interpres: *numquam animum inducturum, ut barbaris et hostibus semet ipse cum Graecia venderet.* Nimirum Pausanias regi pollicitus erat Σπάρτην τε καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα (αὐτῷ) ὑποχείριον ποιῆσαι, Thuc. I. 128. cl. Nepot. Pausan. II. eiusdemque criminis socius factus est Themistocles. Uterque igitur quum plurimum in sua civitate valeret Persis sese vendens una secum totam Graeciam laturus esse putabatur: ut aptissime posita sit μετὰ praepositio.

32. ἄγειν] ita correxi cum Corae, vulgo ἐνάγειν, pro quo Bryanus scribendum censuit ἀνάγειν, Schaeferus maluit ἀπάγειν, ipse quoque praelaturus, opinor, simplex ἄγειν si praesto fuisset Thucydidis locus, quem Plutarchus videtur respexisse. Is enim libr. I. 135. de eadem re ita: πέμπουσι μετὰ τῶν Λακεδαιμονίων — ἄνδρας οἷς εἴρητο ἄγειν ὅπου ἂν περιτύχωσιν. Non cogitandum de εἰσάγειν, nempe εἰς δικαστήριον, quod viro cuidam docto in mentem venit.

ἐν τοῖς Ἕλλησιν] sic Diodorus Sic. XIX. 51. ἐν πᾶσι Μακεδόσι κριθῆναι. Intelligendum autem commune Graecorum consilium, τὸ κοινὸν συνέδριον, cuius indicio Lacedaemonii Themistoclem subiectum voluere. Diodorus XI. 55. Lacedaemonii δεῖν ἔφασαν τῶν κοινῶν τῆς Ἑλλάδος ἀδικημάτων εἶναι τὴν κρίσιν οὐκ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ἀλλ' ἐπὶ τοῦ κοινοῦ συνεδρίου τῶν Ἑλλήνων, ὅπερ εἰώθει συνεδρεύειν ἐν τῇ Σπάρτῃ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον; quod consilium κρίσεις fecisse οὐ δικαίας ἀλλὰ πρὸς χάριν addit exemploque comprobat ibidem. Videndus de eo consilio Odofredus Muellerus Prolegom. ad Mytholog. p. 406. sqq.

CAPUT XXIV.

Προαισθόμενος δ' ἐκεῖνος εἰς Κέρκυραν διεπέρασεν, οὔσης αὐτῷ πρὸς τὴν πόλιν εὐεργεσίας. Γενόμενος γὰρ αὐτῶν κριτὴς πρὸς Κορινθίους ἐχόντων διαφορὰν ἔλυσε τὴν ἔχθραν εἴκοσι τάλαντα κρίνας τοὺς Κορινθίους καταβαλεῖν καὶ Λευκάδα 485

XXIV. 1. *προαισθόμενος — εὐεργεσίας*] **Thucydides I. 136.** *ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς προαισθόμενος φεύγει ἐκ Πελοποννήσου ἐς Κέρκυραν, ὢν αὐτῶν εὐεργέτης:* **ubi Scholiastes:** *ἐπειδὴ γὰρ οὐ συνεμάχησαν οἱ Κερκυραῖοι τῇ Ἑλλάδι κατὰ τοῦ βαρβάρου, ἀλλὰ ἐσοφίσαντο, ἔμελλεν αὐτοὺς ἀνελεῖν οἱ πολεμήσαντες· ὁ δὲ Θεμιστοκλῆς ἐκώλυσε λέγων ὅτι, εἰ τοῦτο γένηται καὶ τὰς μὴ συμμαχησάσας πόλεις ἀνέλωμεν, μεῖζον πάθος ἔσται τῇ Ἑλλάδι ἤπερ [εἰ] ὁ Πέρσης αὐτῆς κυριεύσας ἐπεξῆλθε, καὶ διὰ τοῦτο ἦν εὐεργέτης αὐτοῖς:* **quae nescio quo scripta sint auctore. Verum est Corcyraeos non adfuisse Graecis auxilio, sed fraude eos delusisse, v. Herodot. VII. 168. cl. Diodor. XI. 15., prolatamque esse a Peloponnesiis sententiam hanc:** *τῶν μηδισάντων ἐθνέων τῶν Ἑλληνικῶν τὰ ἐμπόρια ἐξαναστήσαντας δοῦναι τὴν χώρην Ἴωσι ἐνοικῆσαι,* **Herodot. IX. 106., sed Corcyraeos an in numero** *τῶν μηδισάντων* **habuerint eademque eos severitate persequi voluerint aliunde non habemus compertum. Plutarchus quidem multo aliam addidit** *εὐεργεσίαν.*

5. *Λευκάδα κ. τ. λ.*] **Leucadem seu Leucadiam constat antiquitus peninsulam fuisse isthmo Acarnaniae continuam. In quam quum Cypselo et Gargaso ducibus coloni missi essent ab Corinthiis isthmo perfosso facta est insula: vid. Strabon. X. p. 693.** *Κορίνθιοι δὲ πεμφθέντες ὑπὸ Κυψέλου καὶ Γοργάσου ταύτην τε κατέσχον τὴν ἀκτὴν καὶ μέχρι τοῦ Ἀμβρακικοῦ κόλπου παρῆλθον· καὶ ἥ τε Ἀμβρακία συνῳκίσθη καὶ τὸ Ἀνακτόριον, καὶ τῆς χερρονήσου διορύξαντες τὸν ἰσθμὸν ἐποίησαν νῆσον τὴν Λευκάδα καὶ μετενέγκαντες τὴν Νήρικον ἐπὶ τὸν τόπον, ὃς ἦν ποτὲ μὲν ἰσθμὸς, νῦν δὲ πορθμὸς γεφύρᾳ ζευκτός, μετωνόμασαν Λευκάδα, ἐπώνυμον δοκῶ μοι τοῦ Λευκάτα· πέτρα γάρ ἐστι λευκὴ τὴν χρόαν προκειμένη τῆς Λευκάδος εἰς τὸ πέλαγος καὶ τὴν Κεφαλληνίαν, ὡς ἐντεῦθεν ὄνομα λαβεῖν.* **Sed Thucydidis quidem tempore rursus facta peninsula erat, vid. libr. III. 81.** *ὑπερενεγκόντες τὸν Λευκαδίων ἰσθμὸν τὰς ναῦς,* **cl. IV. 8., quam difficultatem**

κοινῇ νέμειν, ἀμφοτέρων ἄποικον. Ἐκεῖθεν δ' εἰς Ἤπειρον ἔφυγε· καὶ διωκόμενος ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων καὶ Λακεδαιμονίων ἔρριψεν αὐτὸν εἰς ἐλπί-

bene expediisse C. Mannertum Geogr. T. VIII. p. 75. sqq. Boeckhius scribit Corp. Inscr. Vol. I. p. 58. b.; mihi in eam rem facere videtur locus Plinii H. N. libr. IV. c. 2. T. I. p. 260. Bip.: Leucadia — peninsula, quondam Neritis appellata, opere accolarum abscissa a continenti ac reddita ventorum flatu congeriem arenae accumulantium: quamquam nescio de quonam tempore hoc accipiendum sit. Vid. Poppon. Proleg. Thucyd. Vol. I. P. 2. p. 151. Leucas igitur ut fuit, ita appellatur Corinthiorum colonia ab Herodoto VIII. 45. Λευκάδιοι — ἔθνος ἐόντες οὗτοι Δωρικὸν ἀπὸ Κορίνθου. Thucydide I. 30. Λευκάδα, τὴν Κορινθίων ἀποικίαν: Plutarcho Timol. XV. εἰς Λευκάδα καταχθεὶς, πόλιν ἀπῳκισμένην ὑπὸ Κορινθίων ὥςπερ τὴν Συρακουσίων. Eamdem vero quum h. l. Themistocles ἀμφοτέρων, et Corinthiorum et Corcyraeorum ἀποικίαν dicatur iudicasse, fortasse Corcyraei quoque postea vel colonos eo miserunt vel alio modo de insula bene meriti sunt, ut eiusmodi disceptatio oriri potuerit, de qua tamen praeter Plutarchum nemo quisquam rettulit.

7. εἰς Ἤπειρον] Thucydides I. 136. δεδιέναι δὲ φασκόντων Κερκυραίων ἔχειν αὐτὸν ὥςτε Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἀπέχθεσθαι, διακομίζεται ὑπ' αὐτῶν ἐς τὴν ἤπειρον τὴν καταντικρύ: ubi non est cur scribatur Ἤπειρον: contra Plut. Pericl. XIX. perverse inde ab Reiskio editum ἐκ τῆς Ἀχαΐας, φίλης οὔσης, στρατιώτας ἀναλαβὼν εἰς τὰς τριήρεις ἐπὶ τὴν ἀντιπέρας Ἤπειρον ἐκομίσθη τῷ στόλῳ, quod et geographicis damnatur rationibus et rerum gestarum repugnat ordini; reponendum igitur ἤπειρον, quo Acarnania significetur, vid. Thucyd. I. 111. παραλαβόντες Ἀχαιοὺς καὶ διαπλεύσαντες πέραν, τῆς Ἀκαρνανίας εἰς Οἰνιάδας ἐστράτευσαν. Diodor. XI. 85. εἰς δὲ τὴν Ἀκαρνανίαν διαβὰς — et c. 88. Eiusdem vitae c. XV. ἐκ δὲ ταύτης (τῆς Πελοποννήσου) διὰ Λοκρῶν ἐπὶ τὴν πρόσοικον ἤπειρον ἕως Ἀκαρνανίας καὶ Ἀμβρακίας ἀπεστάλησαν consultius erit itidem restituere ἤπειρον.

8. ἔρριψεν αὐτὸν κ. τ. λ.] Thucydides I. 136. διωκόμενος — ἀναγκάζεται κατά τι ἄπορον παρὰ Ἄδμητον τὸν Μολοσσῶν βασιλέα ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον, καταλῦσαι. Aristides or. de quattuor vir. p. 233. Iebb. T. II. p. 306. Dind. Themistocles εἰς Μολοττοὺς ὡς Ἄδμητον ἐχθρὸν ὄντα αὐτῷ παραγίγνεται. Pseudo-Themistocles epist. XX. ὁ Ἄδμητος ἐμὲ μὲν ἐγνώρισεν καὶ

δας χαλεπὰς καὶ ἀπόρους καταφυγὼν πρὸς Ἄδμητον, ὃς βασιλεὺς μὲν ἦν Μολοττῶν, δεηθεὶς δέ τι τῶν Ἀθηναίων καὶ προπηλακισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεμι-

εὖ οἶδ' ὅτι ἐμίσησεν: et sic alii. Paullo aliter Nepos Them. VIII. *ad Admetum, Molossorum regem, cum quo ei hospitium fuerat, confugit.* Quem scriptorum dissensum, qui videtur esse, non expediunt, qui ortum ex eo arbitrantur esse, quod Nepos negligentia quadam sua in verbis Thucydideis ὄντα αὐτῷ οὐ φίλον negandi particulam praeterviderit, quam opinionem etiam R. H. E. Wichersium video secutum in disquis. crit. de fontib. Corn. Nep. p. 37. Cui enim credibile videatur, adeo ineptum fuisse Nepotem, ut quae Wichersius cum aliis apud Thucydidem eum legisse affirmat ὄντα αὐτῷ φίλον, ea sic latine reddiderit Cornelius: cum quo ei hospitium *fuerat?* Omnino non reputarunt viri docti, non scripsisse Nepotem: cum quo ei hospitium *fuit*, vel *erat*, sed *fuerat*, ut est in libr. opt., ut nihil sit quo Nepos magno opere recedat a Thucydide. Quae autem praeterea de eo scriptore addit Wichersius sententiam suam stabiliturus: ,,nisi autem Thucydidem sequutus esset, non scripsisset Themistoclem se in sacrarium coniecisse, quod item Thucydides refert, ceteri procul dubio omiserunt, si qui fuerint, qui traderent cum rege ei hospitium fuisse, cum illius rei sola causa esset vetus inimicitia, quam sic diluere cogitaret, ut ipse Nepos paulo post addit": ea et aliis modis possunt convelli et concidunt recta verbis scriptoris adhibita interpretatione. Sed de ea re dicere longum est nec huius loci, de dissensu quodam scriptorum mox infra nonnulla addit Plutarchus.

10. δεηθεὶς δέ τι τῶν Ἀθηναίων] Thucydides I. 1. Themistocles δηλοῖ τε ὅς ἐστι καὶ οὐκ ἀξιοῖ εἴ τι ἄρα αὐτὸς ἀντεῖπεν αὐτῷ Ἀθηναίων δεομένῳ φεύγοντα τιμωρεῖσθαι. Quidnam expetenti Admeto adversatus fuerit Themistocles cum ipse ibidem subobscure significavit Thucydides, tum planius ad eum locum ab Scholiaste expositum sic est: πέμψαντος γάρ ποτε Ἀδμήτου Ἀθήναζε περὶ συμμαχίας αἰτήσεως, ὁ Θεμιστοκλῆς ἀνέπεισε τὴν πόλιν μὴ δοῦναι αὐτῷ βοήθειαν· καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἦν αὐτῷ φίλος: neque aliter Schol. ad Aristid. or. de quatt. vir. p. 233. Iebb. T. III. p. 680. Dind. Μολοττοὶ ἔθνος βαρβάρων, ὧν ἦν βασιλεὺς Ἄδμητος· τούτου δεηθέντος ποτὲ παρ' Ἀθηναίων συμμαχίας τυχεῖν, Θεμιστοκλῆς παρὼν ἐκώλυσεν.

11. προπηλακισθεὶς] Suidas: προπηλακίζων· ἀδικῶν, ὑβρίζων, διασύρων, ἐξουθενῶν — — εἴρηται ἀπὸ τοῦ πηλὸν ἐπιχρίεσθαι τὰ πρόσωπα τῶν ἀτιμίαν καὶ ὕβριν

στοκλέους, ὅτ' ἤκμαζεν ἐν τῇ πολιτείᾳ, δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν ἀεὶ καὶ δῆλος ἦν, εἰ λάβοι, τιμωρησόμενος. Ἐν δὲ τῇ τότε φυγῇ μᾶλλον ὁ Θεμιστο- 124
κλῆς φοβηθεὶς συγγενῆ καὶ πρόσφατον φθόνον ὀργῆς παλαιᾶς καὶ βασιλικῆς ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτὸν ἱκέτης τοῦ Ἀδμήτου καταστὰς ἴδιόν τινα καὶ παρηλλαγμένον τρόπον. Ἔχων γὰρ αὐτοῦ τὸν υἱὸν ὄντα παῖδα πρὸς τὴν ἑστίαν προσέπεσε, ταύτην

14. τῇ τότε φυγῇ] in aliis legi τύχῃ annotat H. Stephanus.

καταψηφιζομένων: cf. Etym. M. s. v.

12. δι' ὀργῆς εἶχεν αὐτὸν] sic Thucyd. V. 29. τοὺς Ἀθηναίους ἅμα δι' ὀργῆς ἔχοντες: vid. quae laudat Matthiae gr. gr. §. 580. c.

14. τῇ τότε φυγῇ] quae ab H. Stephano memoratur scriptura τύχῃ, et Schaefero placuit, nec mihi displicet; incertum tamen est utrum librorum nitatur auctoritate an Stephani debeatur ingenio, quem suspicari licet offensum esse vulgata lectione propterea, quod τῇ τότε φυγῇ dictum videri potest sic, ac si etiam alio tempore exulasset. Τύχῃ igitur si qui codd. agnoscant φύγῃ interpretamentum habendum est.

16. ταύτῃ φέρων ὑπέθηκεν ἑαυτὸν] frequens admodum est participii φέρων usus significatione *studii*, *voluntatis*, *impetus*, v. Wesselingium ad Herodot. VIII. 87., Hermannum ad Viger. p. 777. recte, ut arbitror, observantem, ita tantum hoc participium usurpari, ut coniunctum sit cum verbis motum aliquem quacunque ratione significantibus, accusativumque aut additum habeat, aut certe intelligi postulet. Conf. Compar. Aristid. c. Cat. mai. I. ὁ Κάτων — φέρων ἀφῆκεν ἑαυτὸν ὥςπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν. Pericl. VII. ἐπεὶ δ' Ἀριστείδης μὲν ἀποτεθνήκει — οὕτω δὴ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προςένειμεν ἑαυτόν: ibid. XII. et Arat. IX. προςέμιξεν αὐτὴν (urbem) φέρων τοῖς Ἀχαιοῖς. Plura attulit Wyttenbachius ad Moral. p. 89. Oxon.

18. Ἔχων γὰρ αὐτοῦ τὸν υἱὸν] consentit Thucydides, dissentit Nepos pro filio *parvulam* memorans *filiam*, ut alios auctores videatur sequutus esse. De puero ipse, si diis placet, scribit Themistocles epist. XIX. ἡμεῖς δὲ ἐφέστιοι ἐκαθεζόμεθα· οὕτω γὰρ ἐκέλευεν ἡ Κρατεσίπολις· Ἀρίβδας δὲ ὁ μικρὸς ὑποχείριος ἦν ἐμοὶ καὶ ξίφος ἐν θατέρᾳ.

19. ταύτην μεγίστην] μεγίστην et sqq. apertum est praedicati loco adiecta esse. De

μεγίστην καὶ μόνην σχεδὸν ἀναντίῤῥητον ἡγουμένων ἱκεσίαν τῶν Μολοσσῶν. Ἔνιοι μὲν οὖν Φθίαν τὴν γυναῖκα τοῦ βασιλέως λέγουσιν ὑποθέσθαι τῷ Θεμιστοκλεῖ τὸ ἱκέτευμα τοῦτο καὶ τὸν υἱὸν ἐπὶ τὴν ἑστίαν καθίσαι μετ᾽ αὐτοῦ, τινὲς δ᾽ αὐτὸν τὸν Ἄδμητον, ὡς ἀφοσιώσαιτο πρὸς τοὺς διώκοντας τὴν ἀνάγκην, δι᾽ ἣν οὐκ ἐκδίδωσι τὸν ἄνδρα, δια- 486
θεῖναι καὶ συντραγῳδῆσαι τὴν ἱκεσίαν. Ἐκεῖ δ᾽

re Thucydides: *καὶ μέγιστον ἦν ἱκέτευμα τοῦτο.*

21. *Ἔνιοι — λέγουσιν*] sic Thucydides l. l. *ὁ μὲν* (Admetus) *οὐκ ἔτυχε ἐπιδημῶν, ὁ δὲ* (Themistocles) *τῆς γυναικὸς ἱκέτης γενόμενος διδάσκεται ὑπ᾽ αὐτῆς τὸν παῖδα σφῶν λαβὼν καθίζεσθαι ἐπὶ τὴν ἑστίαν.* Paucis haec narrat Diodorus XI. 56.

Φθίαν] *Κρατεσίπολις* vocatur Themistocl. epist. l. l.

22. *ὑποθέσθαι — ἱκέτευμα τοῦτο*] recte interpres: *eam rationem supplicandi suggessisse Themistocli:* qua eadem vi *ὑποτίθεσθαι* est Romul. I. Num. XV. et alibi.

25. *ὡς ἀφοσιώσαιτο*] *ut religionem praetexens excusaret* interpretatur Schaeferus: imprimis frequens Plutarcho hoc verbum notione *aversandi* et *repudiandi*, sive ut *impium*, sive ut *molestum:* exempla congessit Wyttenbachius ad Moral. p. 489. Anton. XXIX. *ἀφοσιουμένου δ᾽ αὐτοῦ καὶ δεδοικότος λαβεῖν* perperam Schaeferus probavit Vulcobii vitium *ἀποσειομένου.*

πρὸς τοὺς διώκοντας] Thucydides I. 137. *ὕστερον οὐ πολλῷ τοῖς Λακεδαιμονίοις καὶ Ἀθηναίοις ἐλθοῦσι καὶ πολλὰ εἰποῦσιν οὐκ ἐκδίδωσιν.* Nepos l. l.: nam cum ab Atheniensibus et Lacedaemoniis exposceretur publice, supplicem non prodidit, monuitque ut consuleret sibi: difficile enim esse in tam propinquo loco tutum eum versari. Eadem habet Diodorus XI. 56. addens *χρυσοῦ πλῆθος ἐφόδιον τῆς φυγῆς* ab Admeto ei datum esse.

27. *συντραγῳδῆσαι*] *συμμηχανήσασθαι, συνυποκρίνεσθαι· ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν ὑποκρινομένων τραγῳδῶν. Coraes.* Eadem vi Nic. V. *ὁ μάλιστα ταῦτα συντραγῳδῶν —.*

Ἐκεῖ δ᾽ αὐτῷ] *ἐκεῖ δ᾽ ὄντι αὐτῷ* scribendum suspicatur Reiskius, immemor usus creberrimi, quo *ἐκεῖ* ut relicua eiusdem generis adverbia ad quietem simul et motum significandum ponitur saepissime. Item fallitur Reiskius Galb. XXVI. de coniectura scribens *τοῦ φορτίου — δεῦρο κἀκεῖσε διαφερομένου:* cf. Fab. M. XXII. XXV. Marcell. XIII. Romul. XXVIII. *ἥκει γὰρ*

αὐτῷ τὴν γυναῖκα καὶ τοὺς παῖδας ἐκκλέψας ἐκ τῶν Ἀθηνῶν Ἐπικράτης ὁ Ἀχαρνεὺς ἀπέστειλεν, ὃν ἐπὶ τούτῳ Κίμων ὕστερον κρίνας ἐθανάτωσεν, ὡς ἱστορεῖ Στησίμβροτος. Εἶτ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπιλαθόμενος τούτων ἢ τὸν Θεμιστοκλέα ποιῶν ἐπιλαθόμενον πλεῦσαί φησιν εἰς Σικελίαν καὶ παρ'

28. ἐκ τῶν Ἀθηνῶν] Bodl. 3. Iunt. Ἀθηναίων.

(anima) ἐκεῖθεν, ἐκεῖ δ' ἄνεισιν, οὐ μετὰ σώματος, ἀλλ' ἐὰν ὅτι μάλιστα σώματος ἀπαλλαγῇ καὶ διακριθῇ καὶ γένηται καθαρὸν παντάπασι καὶ ἄσαρκον καὶ ἁγνόν: quae verba, quod in transcursu observamus, dicta suspicor esse ex imitatione illius Epicharmei: συνεκρίθη καὶ διεκρίθη καὶ ἀπῆνθεν ὅθεν ἦνθε πάλιν, γᾶ μὲν εἰς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω, conservati a Plutarcho Consol. ad Apollon. p 110. A.: nec dubitabit de ea re qui totum locum ex aliorum scriptorum, Pindari, Heracliti, dictis consutum comparare voluerit.

32. ἐπιλαθόμενος τούτων] quae modo dicta sunt de odio Themistoclis erga tyrannos, studioque, quo is arsisset, libertatis graecae tuendae. *Reiskius.* Ne credas: neque enim eorum, quae c. XXIII. de studio ac voluntate Themistoclis erga tyrannos minime propensa dixerat, auctorem nunc adhibet Stesimbrotum, sed hoc tantum eum ait narrare, uxorem liberosque Themistoclis ab Epicrate ad Themistoclem apud Molossos commorantem deductos esse. Cuius rei statim post eundem Stesimbrotum adeo dicit fuisse immemorem, ut qui de uxore liberisque Themistoclis Athenis adductis modo rettulisset, idem nunc Themistoclem in Siciliam scriberet transiisse uxoremque sibi petiisse Hieronis filiam, quasi nondum haberet uxorem ex eaque liberos procreatos. Eius igitur rei vel ipsum oblitum esse dicit Stesimbrotum, vel oblitum fecisse Themistoclem, quae postrema patet dicta esse ironice.

33. παρ' Ἱέρωνος αἰτεῖν τοῦ τυράννου] appositio a nomine suo dirempta est, quod uno vel paucis quibusdam verbis interiectis tam est usitatum et Graecis et Romanis, ut ne animadverterem quidem, nisi alia quaedam eiusdem traiectionis, sed paullo memorabiliora hic addere liberet exempla, eaque talia, in quibus non certa quadam, ut nobis videtur, ratione ductus sic loqui maluit Plutarchus, quam usitatum sequi loquendi modum. Namque discernendi ab his locis sunt ii, in quibus caussam ac rationem traiectionis indagare facile est, ex quo genere loci eiusmodi sunt, qualis Xenoph. Anab. I. 6. 11. ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ἀρταπάτα σκηνὴν εἰσήχθη τοῦ πι-

Ἱέρωνος αἰτεῖν τοῦ τυράννου τὴν θυγατέρα πρὸς

στοτάτου τῶν Κύρου σκηπτούχων vel Thucyd. II. 12. Μελήσιππον πρῶτον ἀποστέλλει ἐς τὰς Ἀθήνας τὸν Διοκρίτου, ἄνδρα Σπαρτιάτην, in quibus praelata est haec ratio, ne rumperetur narrationis tenor continuus; aliis locis caussa mutati verborum ordinis maior est elegantia, quo rettulerim et hunc locum, et qui magis minusve ei sunt similes, ut Camill. XX. ἀπιστίᾳ τοῦ μεγέθους οἱ βάρβαροι τῆς νίκης — πρὸς εὐπάθειαν — τραπόμενοι, quo concursus evitatur duorum genitivorum, quod non cogitavit Coraes, corrigi malens τοῦ μεγέθους τῆς νίκης οἱ β., eademque est ratio Timoleont. XVIII. κατέσχε τὴν λεγομένην Ἀχραδινήν, ὃ κράτιστον ἐδόκει καὶ ἀθραυστότατον ὑπάρχειν τῆς Συρακοσίων μέρος πόλεως τρόπον τινὰ συγκειμένης ἐκ πλειόνων πόλεων, quod non tam insolens est, quam I. C. Fluegelio in Observ. in Plut. Phocion. p. 40. est visum; nimirum πόλεως genitivum scriptor interiecto voc. μέρος disiunxit ab Συρακουσίων, quo propius cohaereret cum accuratiore, quae sequitur, voc. πόλεως explicatione. Omnino vero quamquam multa in eam rem et collecta et disputata sunt a vv. dd., plerique tamen satis habuerunt verborum, quas dicunt, traiectionum exempla undique corrasa conferre vel potius confundere, nullo nec scriptorum facto discrimine nec diligenti singulorum locorum habita ratione. Nam scriptorum alius alio plus sibi in ea re indulsit, et, ut dicebam, discernendi sunt ii loci, in quibus certa quadam de caussa liberior regnat verborum ordo, ab iis, in quibus scriptor negligentia quadam a vulgari ratione discessit, et temere, si verum fateri volumus, amplexus est insolentiorem. Ex quo genere haec sunt Plutarchea: Themistocl. II. μᾶλλον οὖν ἄν τις προσέχοι τοῖς Μνησιφίλου τὸν Θεμιστοκλέα τοῦ Φρεαρίου ζηλωτὴν γενέσθαι λέγουσιν. Pompei. XLVIII. Βίβλῳ τε γὰρ εἰς ἀγορὰν τῷ ὑπάτῳ κατιόντι: ibid. LXVII. Δομίτιος δ' αὐτὸν ἀεὶ ὁ Αἰνόβαρβος Ἀγαμέμνονα καλῶν. Moral. p. 147. C. ἃς δὲ Θρασύβουλος αὐτῷ κελεύσεις τῶν ἄκρων, ὁ ὑμὸς πολίτης, ὑφηγεῖται: p. 856. D. ἀποφαίνεται γνώμην, τὸ κάλλιστον ἔργον καὶ μέγιστον τῆς Ἑλλάδος ἀβελτηρίᾳ τὸν Τρωϊκὸν πόλεμον γενέσθαι διὰ γυναῖκα φαύλην, qui pauci sunt ex multis loci, quibus appositio a nomine suo dirempta est, non confundendi illi cum aliis quibuslibet liberioris verborum ordinis exemplis, qualia haec sunt: Moral. p. 339. C. καὶ τίνος, ἔφη, τὸ γύναιόν ἐστιν, ὁ Ἀλέξανδρος; ubi si quis addubitare velit vv. ὁ Ἀλέξανδρος, tuta praestabit Solon. VI. ἤκουσα, φάναι, τοὔνομα, τὸν ἄνθρωπον, cl. Moral. p. 108. A. μυρίας γάρ, φησιν,

γάμον, ὑπισχνούμενον αὐτῷ τοὺς Ἕλληνας ὑπηκόους ποιήσειν, ἀποστρεψαμένου δὲ τοῦ Ἱέρωνος οὕτως εἰς τὴν Ἀσίαν ἀπᾶραι.

CAPUT XXV.

Ταῦτα δ' οὐκ εἰκός ἐστιν οὕτω γενέσθαι. Θεόφραστος γὰρ ἐν τοῖς Περὶ βασιλείας ἱστορεῖ

35. ὑπισχνούμενον] Ald. Basil. ὑπισχνούμενος. 36. ἀποστρεψαμένου] Par. Iunt. ἀποτρεψαμένου.

ἡμῖν, ὁ Πλάτων, ἀσχολίας παρέχει (τὸ σῶμα). Thes. XVIII. κατέβαινεν ἕκτῃ μηνὸς ἐπὶ θάλασσαν ἱσταμένου Μουνυχιῶνος, quod non debebat addubitari. Aemil. P. XXXIX. τὰ πλεῖστα τῶν περὶ αὐτὸν ἁμαρτήματα φίλων καὶ συνήθων ἀπέκρυπτε.

36. οὕτως — ἀπᾶραι] usum οὕτως particulae in apodosi positae attigit Wyttenbachius ad Moral. p. 793. Oxon., falsus tamen de loco, a quo proficiscitur Consol. ad Apollon. p. 120. B. Errant autem, qui οὕτως in eiusmodi locis abundare opinentur; idem valet de usu particulae *tum* s. *tunc* apud Romanos.

XXV. Caussas cur non verosimile sit in Siciliam traiecisse Themistoclem Plutarchus affert duas. Alteram hanc, quod Theophrasto teste Themistocles olim prohibuerit, quominus Hieron ad ludos Olympicos admitteretur: qua re in odium regis incurrerit necesse est, ut credibile non sit eo eum ausum esse se conferre. Altero loco ponit Thucydidis testimonium qui diserte tradiderit alia eum via perrexisse.

2. Θεόφραστος] Theophrastus subinde a Plutarcho testis citatur cum verbo ἱστορεῖ, ἱστόρηκε, v. c. Opp. Mor. p. 648. C. 700. D. 804. A. 914. A. 953. C. 1006. C. Vit. 96. D. 124. C. 164. E. 173. A. 440. B. 529. C. 596. F. 850. C.: nam fuerunt nonnulla eius scripta argumenti historici, veluti Ὑπομνήματα ἱστορικά, Περὶ βασιλείας, Καλλισθένης, et in ceteris aliarum doctrinarum scriptis exemplo magistri Aristotelis, frequentia sparsit historiae exempla. Titulos librorum Theophrasti diligentissime congessit ac digessit vir supra omnem laudem de nostris literis bene meritus Io. Meursius in singulari libro *Theophrasti*: in quo desideramus plenam et absolutam fragmentorum collectionem; si quidem omissi sunt loci Theophrastei, qui simpliciter, nullo libri nomine addito, a veteribus memorantur. Plutarchus autem non nisi de historico argumento utitur verbo ἱστορεῖν, non item de philosopho: ut λέγει, φησὶ,

τὸν Θεμιστοκλέα πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος ἵππους ἀγωνιστὰς καὶ σκηνήν τινα κατεσκευασμένην πολυτελῶς στήσαντος, εἰπεῖν ἐν τοῖς Ἕλλησι λόγον, ὡς χρὴ τὴν σκηνὴν διαρπάσαι τοῦ τυράννου καὶ κωλῦσαι τοὺς ἵππους ἀγωνίσασθαι. Θουκυδίδης δέ φησι καὶ πλεῦσαι αὐτὸν ἐπὶ τὴν ἑτέραν καταβάντα θάλασσαν ἀπὸ Πύδνης, οὐδενὸς εἰδότος ὅςτις 487

7. κωλῦσαι] Schaeferus vulgo κωλύσαι.

εἴρηκε, de utroque. — *Wyttenbachius* ad Moral. p. 1057. Oxon.

3. πέμψαντος εἰς Ὀλυμπίαν Ἱέρωνος κ. τ. λ.] eiusdem rei memoriam conservavit Aelianus V. H. IX. 5., sed quo anno facta sit dubitari potest, quum certi indicii defectu res unice pendeat ex coniecturae probabilitate. Quocirca non assentior Boeckhio Explanat. ad Pindar. Olymp. p. 102. factum ad Olymp. 77., etsi dubitanter, referenti, multo probabilius existimans referre ad Ol. 76., quo anno certum est Themistoclem ludis Olympicis interfuisse, v. supra XVII. λέγεται δ' Ὀλυμπίων τῶν ἐφεξῆς ἀγομένων καὶ παρελθόντος εἰς τὸ στάδιον τοῦ Θεμιστοκλέους et quae ibi alia de gloria ac gratia, qua tum floruerit, adduntur, imprimis apta illa ad augendam suspicionis probabilitatem non alio, sed hoc anno, recenti adhuc victoriae Salaminiae memoria Themistoclem ista suasisse. Ceterum quod hic de Hierone Themistocles, idem alio tempore de Dionysio suasit Lysias, v. Diodor. XIV. 109. Aliquot annis ante Hieron κέλητι vicerat in ludis Pythicis, si Schol. Pindari fides ad Pyth. III. 1.

5. εἰπεῖν ἐν τοῖς Ἕλλησι] sic ἐν Romul. XXVIII. εἰπεῖν ἐν πᾶσιν. Lys. XV. ἐν τοῖς συμμάχοις προτιθέναι γνώμην, et supra XXIII. κριθήσεσθαι ἐν τοῖς Ἕλλησιν.

7. Θουκυδίδης] libr. I. 137. Ἄδμητος — ἀποστέλλει βουλόμενον ὡς βασιλέα πορευθῆναι ἐπὶ τὴν ἑτέραν θάλασσαν πεζῇ εἰς Πύδναν τὴν Ἀλεξάνδρου· ἐν ᾗ ὁλκάδος τυχὼν ἀναγομένης ἐπ' Ἰωνίας καὶ ἐπιβὰς καταφέρεται χειμῶνι ἐς τὸ Ἀθηναίων στρατόπεδον, ὃ ἐπολιόρκει Νάξον. Consentit Nepos VIII., alios auctores sequitur Diodorus XI. 56.

8. ἑτέραν θάλασσαν] non illud mare, de quo modo egerat, Siculum vel Ionium, sed ab altera parte Graeciam alluens, Aegaeum puta, ad Asiam versus spectans. *Reiskius.*

9. Πύδνης] de situ urbis vid. Poppon. Proleg. Thucyd. T. I. P. 2. p. 429.

οὐδενὸς εἰδότος ὅςτις εἴη] Thucydides l. l. ἦν γὰρ ἀγνὼς τοῖς ἐν τῇ νηΐ. Nepos: in

εἴη τῶν πλεόντων, μέχρις οὗ πνεύματι τῆς ὁλκάδος εἰς Νάξον καταφερομένης ὑπὸ Ἀθηναίων πολιορκουμένην τότε φοβηθεὶς ἀναδείξειεν ἑαυτὸν τῷ τε ναυκλήρῳ καὶ τῷ κυβερνήτῃ, καὶ τὰ μὲν δεόμενος, τὰ δ᾽ ἀπειλῶν καὶ λέγων, ὅτι κατηγορήσοι

11. *ὑπὸ Ἀθηναίων*] *ὑπ᾽ Ἀθηναίων* cum Reiskio Coraes Schaeferusque. 12. *ἀναδείξειεν*] Bryanus ex Bodl. 3. Par. vulgo *ἀναδείξειεν εἰς Νάξον.* 14. *κατηγορήσοι*] edd. vett. *κατηγορήσει.*

navem omnibus ignotus nautis ascendit.

11. *Νάξον — πολιορκουμένην τότε*] v. Thuc. I. I. et I. 98. *Ναξίοις δὲ ἀποστᾶσι μετὰ ταῦτα ἐπολέμησαν καὶ πολιορκίᾳ παρεστήσαντο· πρώτη τε αὕτη πόλις ξυμμαχὶς παρὰ τὸ καθεστηκὸς ἐδουλώθη:* nam post Persas e Graecia pulsos Athenienses insolentius se gerere coepere: *καθόλου γὰρ ἐπὶ πολὺ τῇ δυνάμει προκόπτοντες οὐκέτι τοῖς συμμάχοις ὥςπερ πρότερον ἐπιεικῶς ἐχρῶντο, ἀλλὰ βιαίως καὶ ὑπερηφάνως ἦρχον*, Diodorus XI. 70. conf. Wachsmuthius de antiq. gr. T. I. P. 2. p. 75.

12. *τῷ τε ναυκλήρῳ καὶ κυβερνήτῃ*] omisso gubernatore Thucyd. I. I. *δείσας φράζει τῷ ναυκλήρῳ ὅστις ἐστὶ καὶ δι᾽ ἃ φεύγει*, et Nepos: domino navis, quis sit, aperit, multa pollicitus si se servasset.

14. *ὅτι κατηγορήσοι*] Thucydides: *εἰ μὴ σώσει αὐτὸν, ἔφη ἐρεῖν, ὅτι χρήμασι πεισθεὶς αὐτὸν ἄγει.*

ὅτι κατηγορήσοι καὶ καταψεύσοιτο] quod in edd. vett. legitur *κατηγορήσει*, facile patet probari non posse. Nam etsi usitatissima est Graecis diversorum modorum coniunctio, tamen non videntur copulari posse in eiusmodi locis, ubi vim, quam uterque modus habet diversam sententia ipsa respuit, ut hoc loco. Secus est aliis in locis, quorum annotavimus nonnullos. Solon. XXVII. *ἀλλόκοτος ἐδόκει εἶναι τῷ Κροίσῳ καὶ ἄγροικος, εἰ μὴ πρὸς ἀργύριον πολὺ μηδὲ χρυσίον τῆς εὐδαιμονίας ποιεῖται τὴν ἀναμέτρησιν, ἀλλὰ δημοτικοῦ καὶ ἰδιώτου βίον καὶ θάνατον ἀνθρώπου μᾶλλον ἢ τοσαύτην ἀγαπῴη δύναμιν καὶ ἀρχήν.* Caton. mai. I. extr. *ὕδωρ δ᾽ ἔπινεν ἐπὶ τῆς στρατείας, πλὴν εἴποτε διψήσας περιφλεγῶς ὄξος ᾔτησεν ἢ τῆς ἰσχύος ἐνδιδούσης ἐπιλάβοι μικρὸν οἰνάριον.* Multo maior est numerus locorum, quibus optativus praecedit, sequitur indicativus: nec mirum, si quidem familiare est Graecis ex pendenti structura et obliqua in liberam transire ac rectam: v. Mar. XLVI. *Πλάτων ὕμνει τὸν αὐτοῦ δαίμονα καὶ τὴν τύχην, ὅτι πρῶτον μὲν ἄν-*

καὶ καταψεύσοιτο πρὸς τοὺς Ἀθηναίους, ὡς οὐκ ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ χρήμασι πεισθέντες ἐξ ἀρχῆς ἀναλάβοιεν αὐτὸν, οὕτως ἀναγκάσειε παραπλεῦσαι καὶ λαβέσθαι τῆς Ἀσίας. Τῶν δὲ χρημάτων αὐτῷ πολλὰ μὲν ὑπεκκλαπέντα διὰ τῶν φίλων εἰς Ἀσίαν ἔπλει, τῶν δὲ φανερῶν γενομένων καὶ συναχθέντων εἰς τὸ δημόσιον Θεόπομπος μὲν ἑκατὸν τάλαντα, Θεόφραστος δὲ ὀγδοήκοντά φησι γενέσθαι τὸ πλῆ-

21. *Θεόπομπος*] verba *Θεοπ. μὲν ἑκατὸν τάλαντα* et *δὲ* post *Θεόφρ.* om. Bodl. 3. 22. *δὲ ὀγδοήκοντα*] *δ' ὀγδοήκοντα* editur inde ab Reiskio.

θρωπος — γένοιτο, πρὸς δὲ τούτοις, ὅτι τοῖς Σωκράτους χρόνοις ἀπήντησεν ἡ γένεσις αὐτοῦ. Nic. IX. τὸν Νικίαν διὰ στόματος εἶχον, ὡς ἀνὴρ εἴη θεοφιλὴς καὶ τὸ δαιμόνιον αὐτῷ δι' εὐσέβειαν ἐπωνύμῳ γενέσθαι τοῦ μεγίστου καὶ καλλίστου τῶν ἀγαθῶν δέδωκε. Crass. XXII. παρῆσαν ἄγγελοι φράζοντες, ὡς πολλῷ συνέχοιτο πολέμῳ, ῥέοντος ἐπ' αὐτὸν Ὑρώδου, καὶ πέμπειν μὲν ἐκείνῳ βοήθειαν οὐ δύναται. Anton. LX. καὶ προσεῖπε Καῖσαρ, ὡς Ἀντώνιος μὲν ὑπὸ φαρμάκων οὐδ' ἑαυτοῦ κρατοίη, πολεμοῦσι δ' αὐτοῖς Μαρδίων ὁ εὐνοῦχος καὶ Ποθεινός: quem ad locum sicut ad relicuos, quos attuli, Schaeferus indicativum et optativum nullo dicit ad sensum discrimine coniunctos esse: nescio quem dicat sensum qui non mutetur diversorum ista modorum coniunctione. Si verborum, recte dicit, si sententiae, non item; nam optativum constat orationis aliunde pendentis indicem esse, rectae nec aliunde aptae orationis index est indicativus, ut haec quidem nihil valeant ad novitiam istam, quam Schaeferus dicit, modorum doctrinam labefactandam.

17. *οὕτως ἀναγκάσειε κ. τ. λ.*] relicua sic enarrat Thucydides: *τὴν δ' ἀσφάλειαν εἶναι, μηδένα ἐκβῆναι ἐκ τῆς νεὼς μέχρι πλοῦς γένηται· πειθομένῳ δ' αὐτῷ χάριν ἀπομνήσεσθαι ἀξίαν. ὁ δὲ ναύκληρος ποιεῖ τε ταῦτα καὶ ἀποσαλεύσας ἡμέραν καὶ νύκτα ὑπὲρ τοῦ στρατοπέδου ὕστερον ἀφικνεῖται ἐς Ἔφεσον. καὶ ὁ Θεμ. ἐκεῖνόν τε ἐθεράπευσε χρημάτων δόσει κ. τ. λ.*

18. *τῶν δὲ χρημάτων κ. τ. λ.*] Thucydides: *ἦλθε γὰρ αὐτῷ* (*χρήματα*) *ὕστερον ἔκ τε Ἀθηνῶν παρὰ τῶν φίλων καὶ ἐξ Ἄργους ἃ ὑπεξέκειτο.*

θος, οὐδὲ τριῶν ἄξια ταλάντων κεκτημένου τοῦ Θεμιστοκλέους πρὶν ἅπτεσθαι τῆς πολιτείας.

CAPUT XXVI.

Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς Κύμην καὶ πολλοὺς ᾔσθετο τῶν ἐπὶ θαλάττῃ παραφυλάττοντας αὐτὸν λαβεῖν, μάλιστα δὲ τοὺς περὶ Ἐργοτέλη καὶ Πυθό-
488 δωρον (ἦν γὰρ ἡ θήρα λυσιτελὴς τοῖς τὸ κερδαίνειν ἀπὸ παντὸς ἀγαπῶσι, διακοσίων ἐπικεκηρυγμένων αὐτῷ ταλάντων ὑπὸ τοῦ βασιλέως), ἔφυγεν εἰς Αἰγὰς, Αἰολικὸν πολισμάτιον, ὑπὸ πάντων ἀγνοούμενος πλὴν τοῦ ξένου Νικογένους, ὃς Αἰο-

XXVI. 2. ᾔσθετο] **Iunt.** ᾔσθητο.

23. οὐδὲ τριῶν κ. τ. λ.] **conf. ad c. I. et Aelianum V. H. X. 17.** λέγει Κριτίας, Θεμιστοκλέα τὸν Νεοκλέους πρὶν ἢ ἄρξασθαι πολιτεύεσθαι τρία τάλαντα ἔχειν τὴν οὐσίαν τὴν πατρῴαν. Ἐπεὶ δὲ τῶν κοινῶν προέστη, εἶτα ἔφυγε καὶ ἐδημεύθη αὐτοῦ ἡ οὐσία, κατεφωράθη ἑκατὸν ταλάντων πλείω οὐσίαν ἔχων.

XXVI, 3. τοὺς περὶ Ἐργοτέλη καὶ Πυθόδωρον] **de his, quos scriptor ut homines satis notos significat, ego non memini quicquam alibi legisse. Non recte, ut ego arbitror, Cruserius verba** τῶν ἐπὶ θαλάττῃ **reddidit: multos sensit** ***rei maritimae praefectos*** **insidias ad se capiendum tendere.**

4. κερδαίνειν ἀπὸ παντὸς] **quavis ex re lucrari s. quaestum captare; plerumque in malam partem dicitur. Sophocles Antigon. v. 312.** οὐκ ἐξ ἅπαντος δεῖ τὸ κερδαίνειν φιλεῖν **de quo Reisigius dixit ad Oed. Col. p. CIX., cuius mentem non recte perspexit C. Wexius:** οὐ γὰρ ἦν οἷος ἀπὸ παντὸς (ἀνθρώπου) κερδαίνειν **Xenophon dixit de Socrate Memor. II. 9. 4.**

5. διακοσίων ἐπικεκηρυγμένων κ. τ. λ.] **Ulpianus ad Demosth. de fals. leg. p. 95. H. Wolf.** ὅταν πόλις ἔχῃ πρός τινα δυσμένειαν, ἐπιβοᾷ καὶ κηρύττει μισθὸν καὶ χρήματα τῷ φονεύσαντι· ἐπικήρυξις δὲ, ὅταν πόλις ἐχθρὸν ἔχουσά τινα ἐπιβουλεύοντα αὐτῇ βούληται αὐτὸν ἀνελεῖν, χρήματα κηρύττει δοῦναι τῷ ἀνελόντι αὐτόν. **Conf. Etym. M. v.** ἐπικεκηρυχέναι, **et Harpocrat. p. 136. Lips. De Themistocle vid. infra XXIX.**

8. τοῦ ξένου Νικογένους] **nomen hominis non addidit Thucydides, scribens:** μετὰ τῶν

λέων πλείστην οὐσίαν ἐκέκτητο καὶ τοῖς ἄνω δυνατοῖς γνώριμος ὑπῆρχε. Παρὰ τούτῳ κρυπτόμενος ἡμέρας ὀλίγας διέτριψεν· εἶτα μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκ θυσίας τινὸς Ὄλβιος ὁ τῶν τέκνων τοῦ Νικογένους παιδαγωγὸς ἔκφρων γενόμενος καὶ θεοφόρητος ἀνεφώνησε μέτρῳ ταυτὶ,

Νυκτὶ φωνὴν, νυκτὶ βουλὴν, νυκτὶ τὴν νίκην δίδου.

10. ὑπῆρχε] inde a Bryano editur ὑπῆρξε. 15. νυκτὶ φωνὴν] om. Bodl. 3.

κάτω Περσῶν τινος πορευθεὶς ἄνω. A Plutarcho dissentit Diodorus XI. 56. ἐνταῦθα ἔχει ἰδιόξενον ὄνομα μὲν Λυσιθείδην, δόξῃ δὲ καὶ πλούτῳ θαυμαζόμενον· πρὸς τοῦτον κατέφυγεν· ὁ δὲ Λυσιθείδης ἐτύγχανε φίλος ὢν Ξέρξου τοῦ βασιλέως καὶ κατὰ τὴν διάβασιν τοῦ Ξέρξου τὴν δύναμιν τῶν Περσῶν ἅπασαν εἱστιακώς· διόπερ συνήθειαν μὲν ἔχων πρὸς τὸν βασιλέα, τὸν δὲ Θεμιστοκλέα διὰ τὸν ἔλεον σῶσαι βουλόμενος, ἐπηγγείλατο αὐτῷ πάντα συμπρᾶξαι: quem vides de Lysithide referre quae de Pythio, Lydo, referunt alii, vid. interpr. ad Herodot. VII. 27.

9. τοῖς ἄνω δυνατοῖς] τοὺς ἄνω notum est dici eos, qui remoti a mari terram interiorem habitant, imprimis Persas, quibus opponuntur οἱ κάτω s. οἱ ἐπὶ θαλάσσῃ.

10. ὑπῆρχε] hoc a me olim restitutum nuper etiam Schaeferus comprobavit, falsus tamen in eo, quod Corais correctionem dixit quae omnium librorum scriptura est, v. Praef. ad edit. min. p. XIII.

12. ἐκ θυσίας τινὸς κ. τ. λ.] non sine Baccho, opinor.

14. ἀνεφώνησε μέτρῳ] Reiskius e probabili coniectura dedit ἀνεφώνησεν ἐν μέτρῳ. Herodotus I. 47. ἡ Πυθία ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ λέγει τάδε. V. ibid. c. 62. 174. V. 60. 61. *Schaeferus.* Sed vid. Diog. Laert. I. XV. 63. περὶ πάντων τῶν τελευτησάντων ἐλλογίμων διείλεγμαι παντὶ μέτρῳ καὶ ῥυθμῷ.

15. Νυκτὶ φωνὴν κ. τ. λ.] Enthusiastica hominis lymphati verba si sapientia est ad sanitatem humanae sententiae interpretando revocare, videntur hoc dicere velle. Cave vocem tuam ne quis audiat: cela consilia tua homines omnes: cave ne te victorem esse Persarum emanet. *Reiskius.* Hoc dici puto: Tace consiliumque tuum cela; hac enim taciturnitate fiet ut optatum impetres. *Schaeferus.* Neutram interpretationem probandam arbitror, si quidem ambo praeterviderunt quod et

Καὶ μετὰ ταῦτα κοιμηθεὶς ὁ Θεμιστοκλῆς ὄναρ ἔδοξεν ἰδεῖν δράκοντα κατὰ τῆς γαστρὸς αὐτοῦ περιελιττόμενον καὶ προςανέρποντα τῷ τραχήλῳ· γενόμενον δ' ἀετὸν, ὡς ἥψατο τοῦ προςώπου, πε-

simplicissimum est et iis, quae infra XXVIII. de eadem re dicuntur: *ταῦτ' εἰπὼν ὁ Θεμ. ἐπεθείασε τῷ λόγῳ προςδιελθὼν τὴν ὄψιν ἣν εἶδεν ἐν Νικογένους:* consentaneum. Namque dubium non est, quin hominis lymphati vox arctissime cum somnio quod sequitur cohaereat dictaque sit hac, ut arbitror, sententia: tu sequere id, quod per somnum tibi fuerit oblatum in eoque spem pone victoriae i. e. felicis successus. Recte ergo Dacerius, c' est à dire, inquit, écoute la voix et le conseil de la nuit: commodeque cum his componas et contendas quod proverbii loco dicebatur *ἐν νυκτὶ βουλὴ*, cuius et Diogenianus meminit V. 95. *κατὰ ποδὸς βάσιν: ἐπὶ τῶν κατὰ μικρόν τι πραττόντων καὶ μετὰ τέχνης· ὁμοία τῇ Ἐν νυκτὶ βουλή:* et plane in eundem modum interpretatus est Zenobius III. 97. *ἐν νυκτὶ βουλή: ἡ παροιμία οὕτως εἴρηται ἐπειδὴ ἡσυχίαν ἔχει ἡ νὺξ καὶ δίδωσι κατὰ σχολὴν λογισμοὺς· τοῖς περὶ ἀναγκαίων βουλευομένοις.*

16. *ὄναρ ἔδοξεν ἰδεῖν*] Saepe in somniis et deorum apparitionibus *ἔδοξεν ἰδεῖν*, *visus sibi est videre:* de quo alibi. Et Latini *videor videre*, pro *videor mihi videre*, v. c. Cicero Ep. Divers. XIV. 4.: *vale*, *mea Terentia*, *quam videre videor*, id est, mihi videor: ut plene dicitur IX. 15. Nat. Deor. I. 21. *videor audisse*, pro *videor mihi audisse*. Amicit. 12.: *Videre iam videor populum a senatu disiunctum.* *Wyttenbachius* ad Plut. Moral. p. 512. Oxon. Adde Plut. Sull. IX. Agesil. VI. Alexandr. II.

19. *γενόμενον δ' ἀετὸν κ. τ. λ.*] *Εἴη ἂν ὁ νοῦς τοῦ ὅλου χωρίου, ὅτι ὁ περὶ τὴν γαστέρα περιελιχθεὶς δράκων, εἶτα τῷ τραχήλῳ προςανερπύσας, ὡς ἥψατο τοῦ προςώπου, εἰς ἀετὸν μεταμορφωθεὶς καὶ περιβαλὼν ταῖς πτέρυξι τὸν Θεμιστοκλέα ἐξῆρε καὶ ἐκόμιζε κ. τ. λ. Τῶν δὲ πρὸ ἡμῶν τις, τὸ ἄγαν τερατῶδες τοῦ ὀνείρου δυςχεράνας, ὑπενόει γεγράφθαι πάλαι, Παραγενόμενον — — Coraes.* Reiskium dicit, qui ita in hunc locum commentatus est: ergo secundum hanc lectionem e dracone subito factus est aquila. In somniis quidem talia evenisse possunt. Quod si tamen *παραγενόμενον* legas, haud paulo erit illud informium humanius atque tolerabilius. Draco ad guttur iam cum arrepsisset, subito aquilam advolasse, qui draconis nexibus divulsis ipsaque bellua depulsa Themistoclem sublimem sublatum per auras procul avexisset. *ἥψατο* redit ad draconem. Haec Reiskius: quae transscripsi, ne

ριβαλόντα τὰς πτέρυγας ἐξᾶραι καὶ κομίζειν πολλὴν ὁδὸν, εἶτα χρυσείου τινὸς κηρυκείου φανέντος, ἐπὶ τούτου στῆσαι βεβαίως αὐτὸν, ἀμηχάνου δείματος καὶ ταραχῆς ἀπαλλαγέντα. Πέμπεται δ' οὖν ὑπὸ τοῦ Νικογένους μηχανησαμένου τι τοιοῦτον. Τοῦ βαρβαρικοῦ γένους τὸ πολὺ καὶ μάλιστα τὸ Περσικὸν εἰς ζηλοτυπίαν τὴν περὶ τὰς γυναῖκας ἄγριον φύσει καὶ χαλεπόν ἐστιν· οὐ γὰρ μόνον τὰς 489
γαμετὰς, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀργυρωνήτους καὶ παλλακευομένας ἰσχυρῶς παραφυλάττουσιν, ὡς ὑπὸ μη-

23. δ' οὖν] legebatur γοῦν. Bodl. 3.

28. ἀλλὰ καὶ τὰς] desunt

curiosi lectores quicquam quererentur omissum; ac sane praestat haec correctio hoc, ut monstrum paullo evadat humanius, beneque vir doctissimus videtur compertum habuisse, inde ab Homero aquilam et draconem inter se certantes fingi, nec iniuria, vid. Hom. Il. XII. 200. Plut. Timol. XXVI. et Car. Wexium ad Sophocl. Antigon. v. 124., nihil tamen tam informe est, quo non informius in somnis possit conspici, ut piaculum sit in tali loco quicquam mutare. Somnium, nisi fallor, hoc sibi vult: qui nunc in multis magnisque versetur periculis, eum servatum iri ac mox firma splendidaque gavisurum fortuna. *Δράκων* visus per somnium *κοιμωμένῳ περιπεπλεγμένος περὶ τὸ πρόσωπον*, addita sapientis mulieris interpretatione memoratur Plut. Crass. VIII.

23. *πέμπεται δ' οὖν*] quod vulgo legebatur *γοῦν* ferri non potest; cuius loco quas reposui particulas *δ' οὖν*, earum usus solemnis est is, quo post parenthesin ponuntur, vel ubi scriptor pluribus interiectis ad rem ipsam redit. Satis de ea re dictum ab aliis, quorum unum laudo Matthiam ad Eurip. Suppl. v. 821. Idem usus restituendus Plutarcho Thes. XXXIII. ubi perperam ex libris Bodl. 1. 2. scriptum *ἐχομένων γοῦν:* sed Consol. ad Apollon. p. 117. A. scribendum: *καὶ διὰ ταύτην οὖν τὴν διηπατημένην καὶ ψευδῆ δόξαν.*

25. *τοῦ βαρβαρικοῦ γένους*] cf. Artaxerx. XXVII. *δύςζηλα γὰρ τὰ βαρβαρικὰ δεινῶς περὶ τὸ ἀκόλαστον, ὥςτε μὴ μόνον τὸν προςελθόντα καὶ θιγόντα παλλακῆς βασιλέως, ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν πορείᾳ προεξελθόντα καὶ διεξελάσαντα τὰς ἁμάξας, ἐφ' αἷς κομίζονται θανάτῳ κολάζεσθαι.*

29. *ὡς ὑπὸ μηδενὸς ὁρᾶσθαι*] haec etsi servata vi par-

δενὸς ὁρᾶσθαι τῶν ἐκτὸς, ἀλλ᾽ οἴκοι μὲν διαιτᾶσθαι

ticulae propria sic possis interpretari: *ne a quoquam conspiciantur*, sequentia tamen ostendunt in hanc sententiam dicta esse: *ita ut* a nemine conspiciantur. Neque est in ea re quicquam offensionis, quum ne antiquiores quidem quod inter *ὡς* et *ὥςτε* particulas est discrimen, ut altera de consilio, de effectu ponatur altera, ita servarint, quin *ὡς* dixerint, etsi rarius, ubi effectus notio *ὥςτε* dici postulabat. Ex Sophocle Aeschyloque exempla attulit Hermannus ad Soph. Antig. v. 292., recte observans, saepe inveniri hunc usum apud recentiores, sic tamen, ut plerumque praecedat *οὕτως* vel similis potestatis vocabulum: eius igitur vicem h. l. explet *ἰσχυρῶς* adverbium. Plutarchi usum haec illustrent exempla. Fab. Max. XVII. *τοσαύτην μεταβολὴν ἡ νίκη περὶ αὐτὸν ἐποίησεν, ὡς πρὸ τῆς μάχης οὐ πόλιν, οὐκ ἐμπόριον, οὐ λιμένα τῆς Ἰταλίας ἔχοντα — τότε πᾶσαν ὀλίγου δεῖν ὑφ᾽ αὑτῷ ποιήσασθαι τὴν Ἰταλίαν.* Camill. XXXV. *οὕτως διέκειντο μοχθηρῶς ὑπὸ πλησμονῆς καὶ μέθης, ὡς μηδὲ πρὸς φυγὴν ὁρμῆσαι πολλούς.* Caesar. V. *οὕτω διέθηκε τὸν δῆμον, ὡς καινὰς μὲν ἀρχὰς, καινὰς δὲ τιμὰς ζητεῖν ἕκαστον, αἷς αὐτὸν ἀμείψαιντο.* Marcell. XIII. Crass. XVI. Alex. II. Demetr. XXXII. restituenda librorum scriptura: *οὕτως ἐνδεής ἐστιν ἔτι κτημάτων καὶ πτωχὸς, ὡς — ἐλαύνειν*, quam mirum est hic non tulisse interpretes, qui tulerint tot aliis locis. Pertinet hic usus etiam ad Arrianum et Pausaniam ac nonnullis locis sic etiam Xenophon.

Diversi ab his locis sunt ii, quibus nec *οὕτως* praemissum est vel *οὗτος*, neque aliud praecedit similis potestatis vocabulum: qui loci multo sunt pauciores, ut iure Hermannus hunc usum dixerit rariorem. Ita tamen Camill. XXIII. *τοὺς περὶ τὸν Κάμιλλον ὑπέστησαν, ὡς ἀμυνόμενοι πεσεῖν*, ubi Reiskius *ὥςτε* scribi malens non minus fallitur quam Pericl. VII. *κλήσεις τε δείπνων — ἐξέλιπεν, ὡς ἐν οἷς ἐπολιτεύσατο χρόνοις, μακροῖς γενομένοις, πρὸς μηδένα τῶν φίλων ἐπὶ δεῖπνον ἐλθεῖν* corrigens *ὥςτ᾽ ἐν:* quam correctionem commode accidit quod neglexit adhibere Othon. IV. extr. *οὔπω τοιοῦτος ἤρθη (ὁ ποταμὸς) πρότερον, οὐδ᾽ ἀπόλεσε τοσαῦτα καὶ διέφθειρεν ὑπερχυθεὶς καὶ κατακλύσας πολὺ μέρος τῆς πόλεως, πλεῖστον δ᾽ ἐν ᾧ τὸν ἐπὶ πράσει διαπωλοῦσι σῖτον, ὡς δεινὴν ἀπορίαν ἡμερῶν συχνῶν κατασχεῖν.* Adde Xenophontem Anabas. II. 3. 10. *ἐνετύγχανον τάφροις καὶ αὐλῶσι πλήρεσιν ὕδατος, ὡς μὴ δύνασθαι διαβαίνειν ἄνευ γεφυρῶν, ἀλλ᾽ ἐποιοῦντο διαβάσεις ἐκ τῶν φοινίκων.*

κατακεκλεισμένας, ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις ὑπὸ σκηνὰς κύκλῳ περιπεφραγμένας ἐπὶ τῶν ἁρμαμαξῶν ὀχεῖσθαι. Τοιαύτης τῷ Θεμιστοκλεῖ κατασκευασθείσης ἀπήνης καταδὺς ἐκομίζετο, τῶν περὶ αὐτὸν

31. κατακεκλεισμένας] Par. κατακεκλεισμένας (σ superscr.). ἐν δὲ — κύκλῳ] in margine Par. 32. ἁρμαμαξῶν] Ald. Basil. ἁρμαμ.

31. ἐν δὲ ταῖς ὁδοιπορίαις] conf. Barnab. Brissonius Regn. Pers. II. p. 514. Diodor. Sic. XI. 56. ἔθους γὰρ ὄντος παρὰ τοῖς Πέρσαις τὸν ἄγοντα παλλακὴν τῷ βασιλεῖ κομίζειν ταύτην ἐπὶ ἀπήνης κεκρυμμένην, καὶ τῶν ἀπαντώντων μηδένα πολυπραγμονεῖν, μηδὲ κατ' ὄψιν ἀπαντῆσαι τῇ ἀγομένῃ, ἀφορμῇ ταύτῃ συνέβη χρήσασθαι πρὸς τὴν ἐπιβολὴν τὸν Λυσιθείδην· παρασκευασάμενος γὰρ τὴν ἀπήνην πολυτελέσι παραπετάσμασι κεκοσμημένην, εἰς ταύτην ἐνέθηκε τὸν Θεμιστοκλέα, καὶ μετὰ πάσης ἀσφαλείας διασώσας ἐνέτυχε τῷ βασιλεῖ. Plut. T. II. p. 173. F. Artaxerxes Mnemon. γυναῖκα τὴν γνησίαν ἐκέλευσε τῆς ἁρμαμάξης τὰς αὐλαίας περιελεῖν, ὅπως οἱ δεόμενοι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνωσιν, quae sumpta sunt ex vit. Artaxerx. V. Ista παραπετάσματα, quibus tectae vehebantur mulieres, et claudi poterant et aperiri, vid. interprr. ad Xenoph. Anabas. I. 2. 16. ad Cyropaed. VI. 4. 11.

ὑπὸ σκηνὰς] cf. Matthiae gr. gr. §. 593. c. Krueger. ad Xenoph. Anab. VII. 4. 5. Einsmodi loci, qualis hic est, multo rariores sunt, quam qualis Thes. III. κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ubi motus aliqua notio subest; et sic Nic. XXVIII. κρύψας ὑπὸ τὸν ὄροφον τῆς οἰκίας, ut nemo sit dubitaturus, quin Camill. XX. τὰ πλεῖστα — εἰς πίθους δύο κατὰ γῆς κρύψας ὑπὸ τῷ νεῷ τοῦ Κυρίνου restituenda sit librorum scriptura τὸν νεών.

32. ἁρμαμαξῶν] ἁρμάμαξα vehiculum mulierum fuit, v. interpr. ad Xenoph. Cyrop. III. 1. 8. Wesseling. ad Herodot. VII. 41. Dorvill. ad Chariton. p. 470. Lips. Nomen ipsum, quo etiam Curtius utitur libr. I. 3. 3., Persicum esse hodieque dici *Araba* laudato Hammeri libro *Fundgruben des Orients* inscripto VI. fasc. 3. p. 339. observavit Baehrius ad Ctes. p. 188.

34. τῶν περὶ αὐτῶν ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι — λεγόντων] utitatior est ἀεὶ adverbii collocatio post articulum, sic tamen, ut utraque ratio, quamvis in eamdem fere sententiam redeat, diversa cogitatione mente sit concepta, ut quum Plut. Alcib. XIII. dixerit: τὸ ὄστρακον — ᾧ κολούοντες ἀεὶ τὸν προὔχοντα δόξῃ καὶ δυ-

ἀεὶ τοῖς ἐντυγχάνουσι καὶ πυνθανομένοις λεγόντων, ὅτι γύναιον Ἑλληνικὸν ἄγουσιν ἀπ' Ἰωνίας πρός τινα τῶν ἐπὶ θύραις βασιλέως.

CAPUT XXVII.

Θουκυδίδης μὲν οὖν καὶ Χάρων ὁ Λαμψακηνὸς ἱστοροῦσι τεθνηκότος Ξέρξου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ τῷ Θεμιστοκλεῖ γενέσθαι τὴν ἔντευξιν, Ἔφορος

XXXI. 1. *σχολὴν ἄγων*] vulgo idem esse dicunt, quod *σχ. ἔχων*: ac sane ad sententiam plerumque nihil interest *ἔχειν* in hac similibusque formulis ponas an *ἄγειν*. Proprie tamen hoc inter utramque dictionem interest discriminis, quod *ἄγειν actionem*, *ἔχειν habitum* significat, conf. Wyttenbachium ad Moral. p. 153. Rarus, quod obiter addo, nec tamen inauditus, ut visum est I. G. Baitero ad Isocr. Panegyr. XLVIII., articuli est in hac formula usus, v. Plut. Demosth. XVII. *τοῦ μὲν Φιλίππου μὴ δυναμένου τὴν ἡσυχίαν ἄγειν*, Diod. Exc. Vat. XXIV. p. 24. Dind. *παρεκάλει τὸν Σόλωνα τὰς ἡσυχίας ἄγειν*, quod qua ratione nitatur planum per se est.

2. *κατασκευὴν*] *κατασκ.* de apparatu et ornatu aedificiorum dictum illustrat Wyttenbachius p. 579. Oxon.

3. *εἶδε*] cum praegressis coniunxit H. Stephanus distinguendo: *καὶ τῶν ἀναθημάτων τὸ πλῆθος εἶδε, καὶ κ. τ. λ.*, sentiens, opinor, non satis commodam esse huius loci structuram, cui consulturus Reiskius coniecit: *ἐ ν δ ὲ καὶ ἐν Μητρὸς — ἣν αὐτὸς ἔ τ ι τῶν Ἀθήνησι ὑδ. ἐπιστ. ὢν*, coniecturamque in verba scriptoris recipere pro more suo haud dubitavit. Nimirum non recordabatur vir egregius, Plutarchum se tractare, non Herodotum aut poetam. Aliud placuit Corai, qui quum ad *εἶδε* h. l. haec annotasset: *ἐντεῦθεν ἄρχεται ἡ ἀπόδοσις τῆς περιό-*

καλουμένην ὑδροφόρον κόρην, χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν, ἣν αὐτὸς, ὅτε τῶν Ἀθήνησιν ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τοὺς ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ καὶ

6. ἦν] H. Stephanus, vulgo ὤν.

δου, ἣν οἱ πρὸ ἡμῶν κακῶς διέστιξαν καὶ ἔτι κάκιον διορθοῦν ἐπεχείρησαν τρέψαντες τὸ, Εἶδε, εἰς τὸ, Ἐν δὲ, καὶ τὸ ἐχόμενον, Ὅτε, εἰς τὸ, Ἔτι. Ἔστι γε μὴν καὶ ἄλλως διορθοῦν τὸ χωρίον, τὸ μὲν ἐθεάσατο κατὰ χώραν ἐῶντας [nam mutatum voluerat in ἐθεᾶτο], τὸ δὲ, Εἶδε, εἰς τὸ Εἶδε δὲ, τρέποντας, καὶ ἀπόδοσιν τῆς περιόδου τὸ, Εἴτε δὴ παθὼν, ἐκδεχομένους: in Addendis p. 480. Vol. I. addidit haec: ἔα κατὰ χώραν τὸ Ἐθεάσατο, τρέπε τὸ Εἶδε, εἰς τὸ Εἶδε δὲ, καὶ ἀρχὴν τῆς ἀποδόσεως, καθάπερ ἐν τοῖς πρόσθεν εἰσηγησάμην, ἐκδέχου τὸ Εἴτε δὴ παθών. Παραπλησία γὰρ καὶ τῷ μήκει καὶ τῇ συντάξει ἡ περίοδος αὕτη τῇ ἐν τοῖς ἑξῆς τῇδε· Ὡς δ' Αἴγυπτος — καὶ τριήρεις — καὶ Κίμων. ἨΔΗ ΔΕ ΚΑΙ δυνάμεις — ΟΥΤΕ δι' ὀργὴν κ. τ. λ. Hanc coniecturam quum Schaeferus olim comprobasset, nuper, *nollem*, inquit, *fecissem. Periodum hanc finit participium* ποιησάμενος, *post quod plene interpungendum est. Tum nova incipit periodus his verbis*: Εἴτε δὴ παθών τι. *Hanc enim novam esse periodum particula* δὴ *satis arguit.* Hoc quidem si vulgata servanda esset, fieri debere, per nos quoque intellexeramus; sed quod et me et relicuos, opinor, interpretes offendit, hoc est, quod εἴτε particula paullo insolentius sic posita est enuntiationis initio. Interim nihil mutare volui.

4. ὑδροφόρον κόρην] ce passage, *Dacerius* ait, de Plutarque doit peut-être servir à corriger un endroit de Pline: qui parmi les statues de bronze que Xerxes avoit emportées de Grece, et qu' Alexandre le grand renvoya ensuite aux Athéniens, en met une qu' il appelle *Oenophoron.* Ie ne doute pas qu' il faille lire *Hydrophoron.* Car apparement c' est la même statue. C' est dans le chap. VIII. liv. 34. — Addidi haec ne lectores carerent, quod aliquem fructum habere posse videretur, quamquam non assentior Dacerio. Plinii verba haec sunt: Praxiteles quoque marmore felicior, ideo et clarior fuit. Fecit tamen ex aere pulcherrima opera: — — item Stephusam, Spilumenen, Oenophorum: Harmodium et Aristogitonen tyrannicidas, quos a Xerxe, Persarum rege, captos victa Perside Atheniensibus remisit magnus Alexander." Apertum est *quos* pronomen solos spectare Harmodium et Aristogitonem.

5. ἐπιστάτης τῶν ὑδάτων] de praefectis aquarum paucis disseruerunt Petitus de legg. att. V. 1. 3. Sigonius de rep.

παροχετεύσαντας ἀνέθηκεν ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. Εἴτε δὴ παθών τι πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν τοῦ ἀναθήματος εἴτε βουλόμενος ἐνδείξασθαι τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσην ἔχει τιμὴν καὶ δύναμιν ἐν τοῖς βασιλέως πράγμασι, λόγον τῷ Λυδίας σατράπῃ

8. εἴτε δὴ] vv. εἴτε δὴ — ἀναθήματος om. Bodl. 3.

Athen. p. 547. 17. Boeckhius Oecon. publ. Athen. Vol. I. p. 218. Schoemannus ac Meierus in libro de processu attic. p. 95. Videntur autem curam habuisse aquarum in urbem cum perducendarum, tum perductarum, ut neque negligerentur incuria et collaberentur, nec a quoquam quod omnium commune civium esset clam in privatum usum converteretur. Ceterum illi τῶν ὑδάτων ἐπιστάται utrum ab *viginti* ἀστυνόμοις (tot enim fuisse probabilius duco quam *decem*, quot Boeckhius fuisse scribit l. l. p. 218., quem sequitur C. Fr. Hermannus Doctr. antiq. gr. p. 288.: sed vid. Schoemannum l. l. p. 89. sq.) diversi fuerint, an singulis ex iis singularum rerum, qualis ὑδάτων, ὁδῶν, λιμένων cura fuerit commissa, potest dubium videri comparanti Aristotel. Polit. VI. 5. 3., v. Schoem. et Meier. p. 95. Hoc certum puto, ἐπιστασίαν τῶν ὑδάτων diversam fuisse ab κρηνάρχῃ, quam Hesychius et ipsam ἀρχὴν ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ὕδατος ait fuisse, vid. ibi interpretes; κρηνοφύλακας autem iure arbitror Boeckhium magistratuum numero eximere l. l. p. 218., vid. interpr. ad Hesychium s. v.

ἦν] inde ab H. Stephano additum est pro vulg. ὧν, quod apertum est servato ὅτε non magis ferri posse quam supra c. V. ὥςπερ — εἰπεῖν: ferri posset si ὅτε mutaretur vel in ποτὲ, quae Bryani sententia est, vel in τότε, quo modo scribi posse observavit Schaeferus. Reiskii commentum supra commemoravimus.

7. παροχετεύσαντας] de Catone maiore Plutarchus in eius vita XIX. ἀποκόπτων μὲν ὀχετοὺς, οἷς τὸ παραρρέον δημόσιον ὕδωρ ὑπολαμβάνοντες ὑπῆγον εἰς οἰκίας ἰδίας καὶ κήπους.

ποιησάμενος] vid. ad c. V.

8. παθών τι πρὸς τὴν αἰχμαλωσίαν] πάσχειν τι πρός τι, *affici ab aliqua re*, elegantioris est consuetudinis. Sic Plutarchus II. p. 259. C. 682. B. 749. D. I. [28. A.] 93. D. 127. D. 434. A. 551. C. *Wyttenbachius* ad Moral. p. 980.

11. λόγον — προςήνεγκεν] λόγον [et λόγους, v. Plut. Marcell. II. Xenoph. Cyrop. VI. 1. 31.] προςφέρειν de iis proprie dicitur, qui blandis promissis, vel adhibitis conciliatoribus in mulieris gratiam se insinuant. Conf. quae Villoisonus in Longum p. 211. adducit exempla. *Bastius* Epist. cr. p.

προςήνεγκεν αἰτούμενος ἀποστεῖλαι τὴν κόρην εἰς τὰς Ἀθήνας. Χαλεπαίνοντος δὲ τοῦ βαρβάρου καὶ βασιλεῖ γράψειν φήσαντος ἐπιστολὴν, φοβηθεὶς ὁ Θεμιστοκλῆς εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κατέφυγε καὶ τὰς παλλακίδας αὐτοῦ θεραπεύσας χρήμασιν ἐκεῖνόν τε 498 κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς καὶ πρὸς τὰ ἄλλα παρεῖχεν ἑαυτὸν εὐλαβέστερον, ἤδη καὶ τὸν φθόνον τῶν βαρβάρων δεδοικώς. Οὐ γὰρ πλανώμενος περὶ τὴν Ἀσίαν, ὥς φησι Θεόπομπος, ἀλλ' ἐν Μαγνησίᾳ

12. *τὴν κόρην*] art. edd. vett. om. 17. *τὰ ἄλλα*] Bodl. 3. *τ' ἄλλα*, quod recepit Reiskius.

190. Sed latius patet huius dictionis vis et usus, in universum significantis *conditionem alicui proponere*, *agere cum aliquo*, v. Plut. Aristid. XVI. *Παυσανίας Ἀριστείδῃ προςέφερε λόγον, ἀξιῶν τοὺς Ἀθηναίους ἐπὶ τὸ δεξιὸν μετατάξαι.*

15. *εἰς τὴν γυναικωνῖτιν κατέφυγε*] Non proprie intelligendum: neque enim Themistocles gynaeceum intravit, id quod barbarum magis etiam exasperavisset. Qui sensus horum verborum sit continuo sequentia docent. *Schaeferus.* Addo qui eodem modo intelligendus locum Artaxerx. XXVIII. *τοῦ μὲν ἀδελφοῦ διὰ τῆς γυναικωνίτιδος ἐνδυομένου τοῖς πράγμασι.*

16. *ἐκεῖνόν τε κατεπράϋνε τῆς ὀργῆς*] pro *ἐκείνου τε κατ. τὴν ὀργὴν*, quae est solennis dicendi ratio. *Reiskius.* F. *ἐκείνου τε — τὴν ὀργήν.* T. II. p. 303. 7. *κατεπράϋνε τὴν ὀργήν.* *Schaeferus.* Est sane digna quae notetur constructio, sed mutatione non opus esse iudicabit, qui mecum statuerit, *καταπραΰνειν τινὰ τῆς ὀργῆς* idem valere quod *παύειν τινὰ τῆς ὀργῆς.*

18. *ἤδη καὶ τὸν φθόνον*] id est, *οὐ μόνον τὴν ἔχθραν, ὡς πρὸ τοῦ ἐν ἀρχῇ, ἀλλὰ καὶ νῦν ἤδη τὸν φθόνον.* *Reiskius.*

19. *πλανώμενος περὶ τὴν Ἀσίαν*] conf. Num. I. *πλανηθέντα περὶ τὴν Ἰταλίαν.* Brut. XXV. *ὅσοι δὲ περὶ Θετταλίαν — ἐπλανῶντο.* Pyrrh. XIX. *πλανᾶται περὶ τὴν Ἀσίαν.* Lysandr. XI. *ἐπλανῶντο περὶ τὴν χώραν.* Alexandr. XXXVIII. recte se habet *πεπλανημένη περὶ τὴν Ἀσίαν*, nec audiendus Philippus Hessius Observat. in Timol. p. 62. Non dissimilia talia sunt, quale Lysandr. X. *ἐτύγχανε γὰρ περὶ Χερρόνησον ἐν τοῖς ἑαυτοῦ τείχεσι διαιτώμενος.* Moral. p. 161. F. *τὰ πραττόμενα περὶ γῆν τε καὶ θάλατταν.*

μὲν οἰκῶν, καρπούμενος δὲ δωρεὰς μεγάλας καὶ τιμώμενος ὅμοια Περσῶν τοῖς ἀρίστοις ἐπὶ πολὺν χρόνον ἀδεῶς διῆγεν, οὐ πάνυ τι τοῖς Ἑλληνικοῖς πράγμασι προςέχοντος βασιλέως ὑπ᾽ ἀσχολιῶν περὶ τὰς ἄνω πράξεις. Ὡς δ᾽ Αἴγυπτός τε ἀφισταμένη βοηθούντων Ἀθηναίων καὶ τριήρεις Ἑλληνικαὶ μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας ἀναπλεύσασαι καὶ Κίμων θαλαττοκρατῶν ἐπέστρεψεν αὐτὸν ἀντεπιχει-

23. *πάνυ τι*] Bodl. 3. *πάνυ τοι.* Iunt. *πάνυ τί.* 24. *βασιλέως*] Par. vulgo *τοῦ βασιλέως.* 25. *Αἴγυπτός τε ἀφ.*] *τ᾽ ἀφιστ.* cum Reiskio nuperi editores. 28. *θαλαττοκρατῶν*] Par., vulgo *θαλασσοκρατῶν.* *ἐπέστρεψεν*] Reiskius cum Iunt. *ἐπέτρεψεν.* Coraes corrigit *ἐπέστρεψαν.*

21. *καρπούμενος δωρεὰς μεγάλας*] sic infra XXXII. *τιμαὶ — ἃς ἐκαρποῦτο Θεμιστοκλῆς Ἀθηναῖος.* Eumen. V. *καρπούμενον μὲν ἃς εἶχε σατραπείας.* Galb. IX. *καρποῦσθαι τὰς τιμὰς καὶ τὰ χρήματα.* Ceterum de honoribus Themistocli ab rege habitis deque muneribus in eundem ab eo collatis conf. Diodorus XI. 57. ubi praeterea alia de invidia, quam ei Mandane, Xerxis soror, conflare studuerit leguntur fabulosa ac prorsus incredibilia.

22. *ὅμοια*] conf. Baehrium ad Flamin. p. 90. Matthiae gr. gr. §. 290.

23. *οὐ πάνυ*] vid. ad c. IV.

25. *Αἴγυπτός τε ἀφισταμένη*] duce Inaro, v. Diodor. XI. 71. Exarsit bellum Ol. 80. 2., compositum est Ol. 81. 2. Vid. Clintoni fast. att. 254.

27. *μέχρι Κύπρου καὶ Κιλικίας*] Cimone duce, v. Thucydid. I. 112. Plut. Cimon. XVIII. Diodor. XII. 3.

28. *ἐπέστρεψεν*] *Γράφε μηδὲν ὀκνήσας Ἐπέστρεψαν αὐτὸν, κατὰ πληθυντικὸν ἀριθμὸν, διὰ τὰ προηγησάμενα.* *Coraes.* Vol. I. p. 480. et VI. p. 480. Facilis mutatio, nec tamen magnae necessitatis. *Schaeferus:* cui assentior. Nam quamquam in plurium enumeratione rerum verbum singularis numeri, quod ad eas referatur, plerumque primo loco positum reperitur, veluti Thucyd. I. 47. *ναῦς ὧν ἦρχε Μειχιάδης καὶ Αἰσιμήδης καὶ Εὐρύβατος,* Plut. Num. V. *τοὺς δὲ λόγους ἐποιήσατο Πρόκλος καὶ Οὐέλσος.* Arrian. Exped. Alex. III. 26. *καὶ λέγει Πτολεμαῖος καὶ Ἀριστόβουλος*, vid. Gronovium ad II. 17., imprimis tum, quum primi nominis vis est praecipua: tamen non desunt alterius rationis loci, ubi verbum postremo loco collocatum uni accommodatur subiecto, cuius praepon-

ρεῖν τοῖς Ἕλλησι καὶ κωλύειν αὐξανομένους ἐπ᾽

derans est momentum; nec ignorat hoc quisquam hodie. Hic quidem verbum refertur ad Cimonem, si quidem is *οὐδὲν μικρὸν, ἀλλ᾽ ὅλης ἐπενόει τῆς βασιλέως ἡγεμονίας κατάλυσιν*, ut imprimis regi timendus esset adversarius. Similiter Pelopid. XXIII. *τότε δὲ* (ita scr.) *ἡ τοῦ Ἐπαμινώνδου φάλαγξ ἐπιφερομένη μόνοις ἐκείνοις καὶ παραλλάττουσα τοὺς ἄλλους ὅ τε Πελοπίδας μετὰ τάχους ἀπίστου καὶ τόλμης ἐν τοῖς ὅπλοις γενόμενος συνέχεε τά τε φρονήματα καὶ τὰς ἐπιστήμας αὐτῶν:* non probarim quod a Vulcobio acceptum post Coraen Schaeferus suscepit *συνέχεον*, quantumvis idem exstet in codice Palatino. Comp. Pericl. c. Fab. Max. I. *Περικλεῖ μὲν αἱ Κίμωνος εὐπραξίαι καὶ τὰ Μυρωνίδου καὶ τὰ Λεωκράτους τρόπαια καὶ πολλὰ καὶ μεγάλα Τολμίδης κατορθῶν ἐνεορτάσαι μᾶλλον καὶ ἐμπανηγυρίσαι στρατηγοῦντι τὴν πόλιν ἢ κτήσασθαι πολέμῳ καὶ φυλάξαι παρέδωκαν:* *sic Coraes*, Schaeferus inquit, *de suo dedit. Vulg. παρέδωκεν, quod vellem revocassem.* Galb. VII. *ἀπήγγειλεν, ὅτι καὶ ζῶντος ἔτι τοῦ Νέρωνος, οὐκ ὄντος δὲ φανεροῦ, τὸ στράτευμα πρῶτον, εἶτα ὁ δῆμος καὶ ἡ σύγκλητος αὐτοκράτορα τὸν Γάλβαν ἀναγορεύσειεν:* hic quoque Coraes maluit *ἀναγορεύσειαν*, quod Schaefero iure non necessarium visum.

Non placuit autem verbum *ἐπιστρέφειν* hoc loco Reiskio, sed revocavi, inquit, *ἐπέτρεψεν* e Iuntina pro vulgari *ἐπέστρεψεν*, quod ex Aldina manavit. Iam Plutarchi aetate coeperat verbum *ἐπιτρέπειν* eo sensu usurpari, quo postmodum creberrime fuit usurpatum a scriptoribus declinantis graecitatis. E. c. Theophanis paene nulla est pagina, qua non hoc verbum legatur eo sensu, quem hic obtinet, scil. adhortandi, impellendi, instigandi. v. Indices Plutarchi. Sic ille, qui quod de Plutarcho asserit dubito an verum non sit, ac frustra adeas indices Plutarcheos. Recte Coraes *ἐπέστρεψε τὸν βασιλέα ἀπὸ τῶν περὶ τὰς ἄνω πράξεις ἀσχολιῶν εἰς τὸ ἀντεπιχειρεῖν κ. τ. λ.* Pompei. XXV. *τοῦτο δὴ μάλιστα Ῥωμαίους ἐπέστρεψε θλιβομένους τῇ ἀγορᾷ καὶ σπάνιν μεγάλην προςδοκοῦντας ἐκπέμψαι Πομπήϊον*, ubi itidem Reiskius, *ἐπέτρεψε*, inquit, *vetustiorum editionum tam contemnendum non erat, ut Stephanus cum ἐπέστρεψε mutaret: usurpavit Plutarchus v. ἐπιτρέπειν eo sensu, quo aetate ista frequentabatur, scil. adhortandi, impellendi, instigandi. Quare bonam lectionem revocavi.* Nescio quam verum sit quod ait, *ἐπέστρεψε* ab H. Stephano esse repositum: hic quoque recte Coraes: *ἐπέστρεψεν οὔτ᾽ εἰς τὸ Ἐπέτρεψε, ὡς ἔγραψαν οἱ πρότεροι, οὔτ᾽ εἰς τὸ, Ἐπέτριψε, ὥς ἕτερός τις παρῄνει, τρεπτέον. Ἐστι*

αὐτὸν, ἤδη δὲ καὶ δυνάμεις ἐκινοῦντο καὶ στρατηγοὶ διεπέμποντο καὶ κατέβαινον εἰς Μαγνησίαν ἀγγελίαι πρὸς Θεμιστοκλέα, τῶν Ἑλληνικῶν ἐξάπτεσθαι κελεύοντος βασιλέως καὶ βεβαιοῦν τὰς ὑποσχέσεις, οὔτε δι᾽ ὀργήν τινα παροξυνθεὶς κατὰ τῶν πολιτῶν οὔτε ἐπαρθεὶς τιμῇ τοσαύτῃ καὶ δυνάμει πρὸς τὸν πόλεμον, ἀλλ᾽ ἴσως μὲν οὐκ ἐφι-
499 κτὸν ἡγούμενος τὸ ἔργον, ἄλλως τε μεγάλους τῆς 128
Ἑλλάδος ἐχούσης στρατηγοὺς τότε καὶ Κίμωνος ὑπερφυῶς εὐημεροῦντος ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς, τὸ δὲ

32. πρὸς Θεμ.] πρὸς τὸν Θ. Vulc. 35. οὔτε ἐπαρθ.] οὔτ᾽ ἐπ. cum Reiskio Coraes Schaeferusque. 39. Ἑλληνικοῖς] legi etiam πολεμικοῖς observat H. Stephanus. Neutrum agnoscit Amiot.

γὰρ ὥςπερ ἂν εἰ ἔλεγε, Ἀπὸ τῶν ἄλλων λογισμῶν εἰς τὸ ἐκπέμψαι ἐπέστρεψε, Εἰς φροντίδα τοῦ ἐκπέμψαι ἐνέβαλε. Add. Alcibiad. XVI. extr. οἱ μὲν ἐγέλων, οἱ δ᾽ ἐβλασφήμουν, ἐνίους δὲ καὶ πάνυ τὸ λεχθὲν ἐπέστρεφεν.

36. ἴσως μὲν οὐκ ἐφικτὸν ἡγούμενος] Plutarchus Cimone XVIII. Θεμιστοκλῆς μὲν οὖν οὐχ ἥκιστα λέγεται τὰς Ἑλληνικὰς πράξεις ἀπογνούς, ὡς οὐκ ἂν ὑπερβαλόμενος τὴν Κίμωνος εὐτυχίαν καὶ ἀρετὴν ἑκὼν τελευτῆσαι.

37. ἄλλως τε] ἄλλους τε valde blandiens est Schaeferi correctio, nunc tamen ab ipso auctore repudiata. Neque iniuria, opinor, vid. Hermannus ad Viger. p. 781.

μεγάλους στρατηγοὺς] Periclem significat, Myronidem, Tolmidam, Leocratem, alios.

39. εὐημεροῦντος] εὐδοκιμοῦντος interpretatur Coraes T. V. p. 389. Wyttenbachius ad Moral. p. 570.: εὐημερεῖν, *prosperum successum habere, probari in agendo ac dicendo apud populum vel regem vel alios: gratia alicuius florere*: hoc fere sensu accipitur, varia tamen ratione pro varietate hominum, rerum, temporum": idem cum alios excitavit locos, tum Plutarcheos ex vitis hos: p. 188. E. 199. C. 210. B. 234. E. 334. E. 522. B. 546. D. 583. D. 681. E. 782. B. 848. A. 859. D. 873. C. 878. D. 901. B. 981. A. 994. A. 1002. B. 1025. D. 1041. A. 1043. E.

ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς] etsi cum Reiskio possis explicare: in rebus et praecipue bellis, pro salute gloriaque Graecorum adversus Persas gerendis: fateor tamen valde mihi placere quod H. Stephanus annotavit πολεμικοῖς, nisi forte, quod

πλεῖστον αἰδοῖ τῆς δὲ δόξης τῶν πράξεων ἑαυτοῦ καὶ τῶν τροπαίων ἐκείνων ἄριστα βουλευσάμενος ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τὴν τελευτὴν πρέπουσαν, ἔθυσε τοῖς θεοῖς καὶ τοὺς φίλους συναγαγὼν καὶ δεξιωσάμενος, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, αἷμα ταύρειον

41. τροπαίων] Par. Bodl. 3. τρόπων. Iunt. τρόπων ἐκείνω.

hic verosimile non puto, suum inventum cum librorum scriptura confudit vir magnus, offensus vulgata scriptura propter praegressum *μεγάλους τῆς Ἑλλάδος ἐχούσης στρατηγούς.*

τὸ δὲ πλεῖστον] Aristides de quattuor vir. p. 221. Iebb. *ἐπειδὴ ἔδει στρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα, προὔκρινε τελευτᾶν, ἔργῳ μὲν ἅπασαν λύσας αἰτίαν, δείξας δ᾽ ὁπόσου τιμᾶται τὰς πρότερον πράξεις καὶ τὰ πολιτεύματα, καὶ ὅτι οὐδέποτε ἑκὼν εἶναι τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ προσήκοντος οὐδὲν πρότερον ποιήσεται.* Ac pulcre Valerius Maximus V. 6.: Themistocles, quem virtus sua victorem, iniuria patriae imperatorem Persarum fecerat, ut se ab ea oppugnanda abstineret, instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit et ante ipsam aram quasi quaedam pietatis clara victima concidit.

42. *τὴν τελευτὴν πρέπουσαν*] rarior est haec articuli collocatio pro usitatiore hac: *τελευτὴν τὴν πρέπουσαν* vel *τὴν πρέπουσαν τελευτήν:* nec tamen dubitandum, quin recte se habeat articulus, explicandus hoc modo: *βουλευσάμενος τὴν τελευτήν, ἣν ἐπιθείη τῷ βίῳ, ἐπιθεῖναι πρέπουσαν.* Quod inquirant tirones quo pacto differat ab simplici *ἐπιθεῖναι τῷ βίῳ τελευτὴν πρέπουσαν* et eiusmodi locis, qualis Camill. VIII. *καὶ ταύταις μὲν ἡ σύγκλητος ἀποδιδοῦσα τιμὴν πρέπουσαν*, ubi perperam Reiskius scribi voluit *τιμὴν τὴν πρέπουσαν*, immemor quod legisset Romul. IX. *ἀποδόντες δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ καὶ τῇ μητρὶ τιμὰς πρεπούσας*, ubi rursus fallitur corrigens *τὰς πρεπούσας.* Sertor. IV. *ἀπέδωκε δὲ καὶ ὁ δῆμος αὐτῷ τιμὴν πρέπουσαν.*

ἔθυσε τοῖς θεοῖς] Schol. ad Aristoph. Equit. v. 84. — *καὶ ἱερουργῆσαι τῇ Λευκόφρυϊ Ἀρτέμιδι καλουμένῃ, ταύρῳ ὑποθεὶς τὴν φιάλην καὶ ὑποδεξάμενος τὸ αἷμα καὶ χανδὸν πιὼν ἐτελεύτησεν εὐθέως.*

44. *ὁ πολὺς λόγος*] ita *Clitarchus* et *Stratocles:* quod ridet Cicero in Bruto XI.: — quem Thucydides, qui et Atheniensis erat et summo loco natus summusque vir et paullo aetate posterior, tantum mortuum scripsit et in Attica clam humatum; addidit fuisse suspicionem veneno sibi conscivisse mortem: hunc isti (Clitarchus et Stratocles) aiunt, quum taurum immolavisset, excepisse

πιὼν, ὡς δὲ ἔνιοι, φάρμακον ἐφήμερον προσενεγκάμενος, ἐν Μαγνησίᾳ κατέστρεψε, πέντε πρὸς

45. ὡς δ' ἔνιοι] Iunt. ὥς δ' ἔνιοι.

sanguinem patera, et eo poto, mortuum concidisse. Hanc enim mortem rhetorice et tragice ornare potuerunt: illa mors vulgaris nullam praebebat materiem ad ornatum." Non meliores auctores sequutus videtur Diodorus XI. 58. add. Valerium l. I. et Schol. ad Thucyd. I. 138.

αἷμα ταύρειον] Plinius H. N. XI. 90.: taurorum (sanguis) celerrime coit atque durescit, ideo pestifer potu maxime. Idem XXVIII. 41.: taurinus quidem (sanguis) recens inter venena est. Heidekampii dissertationem: *über das Stierbluttrinken der Alten als angebliches Vergiftungsmittel*, insertam Friedemanni et Seebodii annalibus philol. et paedagog. a. 1824. p. 376. videre non contigit.

45. *ὡς δ' ἔνιοι*] scil. *φασὶ* vel *λέγουσι*, quod facile intelligitur ex praegressis *ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος* i. e. *ὡς μὲν οἱ πλεῖστοι λέγουσιν*. Comparari potest locus in vit. Aristid. initio: *περὶ δ' οὐσίας αὐτοῦ λόγοι διάφοροι γεγόνασιν· οἱ μὲν, ὡς ἐν πενίᾳ κ. τ. λ.*, de quo non recte iudicasse arbitror Schaeferum. Alia multa attuli in epistola ad Godofredum Hermannum.

φάρμακον ἐφήμερον] Thucydides I. 138. *νοσήσας δὲ τελευτᾷ τὸν βίον· λέγουσι δέ τινες καὶ ἑκούσιον φαρμάκῳ ἀποθανεῖν αὐτὸν, ἀδύνατον νομίσαντα εἶναι ἐπιτελέσαι βασιλεῖ ἃ ὑπέσχετο.* Nepos Themistocl. X.: de cuius morte multis modis apud plerosque scriptum est: sed nos eundem potissimum Thucydidem auctorem probamus, qui illum ait Magnesiae morbo mortuum: neque negat fuisse famam, venenum sua sponte sumsisse, cum se, quae regi de Graecia opprimenda pollicitus esset, praestare posse desperaret. *Φάρμακον ἐφήμερον* est quod A. Gellius VI. 4. *venenum praesentaneum* vocat: *τὸ αὐθημερὸν ἀναιροῦν*, ut interpretatur Coraes, addens: *ἐκαλεῖτο δὲ κατ' ἐξοχὴν οὕτω τὸ Κώνειον*, et Hesychium v. *ἐφήμερον*. Theophrastum hist. plant. IX. 16. Nicandrum Alex. 249. Dioscoridem IV. 84. confert I. G. Schneiderus in Lex. v. *ἐφήμερον*.

46. *πέντε πρὸς τοῖς ἑξήκοντα*] de articulo numeralibus addito v. C. G. Kruegerus ad Dionys. Halicarn. historiogr. p. 303. et in addend. p. LXI.

Sed Themistocles quo anno natus sit nondum a quoquam satis explicatum video, nisi quod C. G. Kruegerus in libro a Seebodio edito, qui Archiv f. Philol. u. Paedag. inscribitur, Vol. I. P. 2. p. 217. sqq. Plutarchi fidem studuit labefactare, et ita quidem, ut ego ei assentiri non dubitem. Nam quod

τοῖς ἑξήκοντα βεβιωκὼς ἔτη, καὶ τὰ πλεῖστα τού-

ait Plutarchus, vitae annum eum attigisse sexagesimum quintum, vixisseque usque ad Cimonis illam adversus Cyprum insulam expeditionem, conf. Cimon. XVIII., id quidem multis ac magnis obnoxium est dubitationibus. Nam quum mortuum esse dicat Themistoclem annos natum sexaginta quinque, eo anno, quo Cimon Cyprum insulam adortus sit, quod factum esse constat Ol. 82. 4. a. Chr. a. 449., consequitur ex ea ratione, natum esse Themistoclem Ol. 66. 3. a. Chr. a. 514. Sed ei rationi ut Kruegerus observavit, primum obstat hoc, quod Aelianus narrat Var. Hist. III. 21. Ἐπανῄει ποτὲ ἐκ διδασκαλείου παῖς ἔτι ὢν Θεμιστοκλῆς. Εἶτα προσιόντος Πεισιστράτου ὁ παιδαγωγὸς ἔφη τῷ Θεμιστοκλεῖ μικρὸν ἐκχωρῆσαι τῆς ὁδοῦ προςάγοντος τοῦ τυράννου. Ὁ δὲ καὶ πάνυ ἐλευθερίως ἀπεκρίνατο, αὕτη γὰρ, εἶπεν, οὐχ ἱκανὴ ὁδός; οὕτως ἄρα εὐγενὲς καὶ μεγαλόφρον ἐνεφαίνετο τῷ Θεμιστοκλεῖ καὶ ἐξ ἐκείνου., nam Pisistratus quum obierit Pl. 63. 2. a. Chr. a. 527., vid. Henr. Clintonis append. II. de Pisistratidis, et consentaneum sit, puerum id fecisse Themistoclem minimum sexennem, annum haberemus, quo natus esset, Ol. 61. 4. a. Chr. a. 533., mortuus autem si de vitae tempore assentiremur Plutarcho Ol. 78. 1. a. Chr. a. 468. Sed mitto hoc testimonium nihilque tribuo sophistae, si quidem eiusmodi narratiunculas multas commenti sunt posterioris aetatis scriptores, quod vel factum omnino non esset, vel alius nescio quis fecisset, transferentes ad virum quendam illustrem, quem id imprimis videretur decere. Nec verosimile est, si qua fides esset eius rei, Plutarchum silentio eam fuisse praetermissurum, quem constat talium rerum studiosissimum esse. Missa igitur ista, quae fortasse fabulosa sit, narratione, multo gravius Plutarcho, ut idem observavit Kruegerus, argumentum obstat hoc, quod ipse Plutarchus cum eoque Aelianus Themistoclem Aristidi scribit aetate fuisse aequalem, vid. Them. III. Aristid. II. ἔνιοι μὲν οὖν φασιν αὐτοὺς παῖδας ὄντας καὶ συντρεφομένους ἀπ' ἀρχῆς ἐν παντὶ καὶ σπουδῆς ἐχομένῳ καὶ παιδιᾶς πράγματι καὶ λόγῳ διαφέρεσθαι πρὸς ἀλλήλους κ. τ. λ. Aelian. V. H. XII. 44. Iam vero Aristides, quod ego addo, et Clisthenis socius fuit amicusque, vid. Aristid. II. Ἀριστείδης δὲ Κλεισθένους μὲν τοῦ καταστησαμένου τὴν πολιτείαν μετὰ τοὺς τυράννους γενόμενος ἑταῖρος —, et inter duces pugnae Marathonicae. Quod imperium ut per se probabile non est collatum esse in adolescentulum, ita idem monstrat illa cum Clisthene consuetudo ac familiaritas. Nam Clisthenem constat posuisse operam suam in republica exacto Hippia Ol. 67. 3.

των ἐν πολιτείαις καὶ ἡγεμονίαις. Τὴν δ' αἰτίαν τοῦ θανάτου καὶ τὸν τρόπον πυθόμενον βασιλέα λέγουσιν ἔτι μᾶλλον θαυμάσαι τὸν ἄνδρα καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῦ καὶ οἰκείοις χρώμενον διατελεῖν φιλανθρώπως.

CAPUT XXXII.

Ἀπέλιπε δὲ Θεμιστοκλῆς παῖδας ἐκ μὲν Ἀρ-

a. Chr. a. 570. eodemque anno et ipsum ab Cleomene ex civitate esse expulsum. Igitur Aristides quum probabile sit eum Clisthenis in amicitiam venisse annos natum minimum viginti, non videtur post Ol. 62. 3. a. Chr. a. 530. natus esse. Iam vero Themistocles quum aequalis fuerit Aristidi non potuit, quod Plutarchus vult, tempore expeditionis Cypriae annos natus esse sexaginta quinque: immo tum quidem dudum diem obierat supremum. Si quis autem Plutarchi narrationem vindicaturus narratiuncula ista uti vellet, qua c. III. Themistocles *νέος ὢν* multum dicitur motus esse Miltiadis illa ad Marathonem victoria, ne hoc quidem aliquam vim haberet, si quidem constat *νεότητος* notionem latissime patuisse apud Graecos, vid. Kruegerus de Xenoph. vit. Quaest. crit. p. 11. sq., quamquam non reprehenderem, si quis de huius quoque fide narrationis nonnihil dubitaret, quoniam, quod supra dicebam, vix ullus est inter illustriores Graecorum viros, de quo tot commenti sunt posterioris aetatis scriptores, quot de Themistocle rettulere fabulas. Itaque ego quidem assentior Kruegero, quod de pugna ad Eurymedontem dicendum erat Plutarchum suspicanti rettulisse ad expeditionem Cypriam, quam suspicionem suam Kruegerus cum eo, quem attuli loco significavit, tum explicabit et firmabit alibi, adiuncto anni, in quem incidat illa ad Eurymedontem pugna, iudicio.

XXXII. 1. *παῖδας ἐκ μὲν Ἀρχίππης*] *παῖδες* hoc loco *filii* sunt, quod ostendit diserta *τῶν θυγατέρων* oppositio. Incepit autem orationem sic, quasi perrecturus esset: *ἐκ δὲ τῆς ἐπιγαμηθείσης* —, quod non fecit sive iniecta filiorum indolis ac sortis mentione coeptae structurae immemor, sive quod ex ista *ἐπιγαμηθείσῃ* filios non suscepit. Ceterum de vita Themistoclis privata admodum pauca rettulit Plutarchus, fontibus, ut suspicor, iam tum praeclusis, unde satis certa et explorata hauriret. Ita de uxore ista *ἐπιγαμηθείσῃ* nihil in praegressis dixit; Archippam autem uxorem clam Athenis eductam

χίππης τῆς Λυσάνδρου τοῦ Ἀλωπεκῆθεν Ἀρχέπτολιν καὶ Πολύευκτον καὶ Κλεόφαντον· οὗ καὶ Πλάτων ὁ φιλόσοφος ὡς ἱππέως ἀρίστου, τἄλλα δ' οὐδενὸς 300 ἀξίου γενομένου μνημονεύει. Τῶν δὲ πρεσβυτάτων Νεοκλῆς μὲν ἔτι παῖς ὑφ' ἵππου δηχθεὶς ἀπέθανε,

6. παῖς] Par. Bodl. 3. edd. vett. vulgo παῖς ὤν. ἀπέθανε] Par. ἀπέθανεν.

ab amicis unaque cum liberis Themistocli apud Admetum versanti transmissam esse supra narravit c. XXIV., sed ita narravit, ut facile intelligatur, parum ei de ea re, cuius auctor Stesimbrotus fuit, compertum fuisse. Sed sive secuta est Archippe exulem Themistoclem inque Asia mortua, sive non secuta Athenisque relicta, de secundis viri nuptiis dubitari nequit cum propter sequentia, tum propter consentiens Diodori testimonium libr. XI. 57. γυναῖκα — αὐτῷ πρὸς γάμου κοινωνίαν ἔζευξε (βασιλεὺς) Περσίδα, εὐγενείᾳ τε καὶ κάλλει διαφέρουσαν, ἔτι δὲ κατ' ἀρετὴν ἐπαινουμένην. Nisi forte quis maluerit utrumque locum de altera, quam praeter τὴν γνησίαν duxerit uxorem, interpretari.

2. Ἀλωπεκῆθεν] ex demo Ἀλωπεκῇ tribus Antiochidis.

3. Κλεόφαντον, οὗ καὶ Πλάτων — μνημονεύει] locus est in Menone p. 93. B. Socrates: ἢ οὐκ ἀκούεις, ὅτι Θεμιστοκλῆς Κλεόφαντον τὸν υἱὸν ἱππέα μὲν ἐδιδάξατο ἀγαθόν; ἐπέμενε γοῦν ἐπὶ τῶν ἵππων ὀρθὸς ἑστηκὼς καὶ ἠκόντιζεν ἀπὸ τῶν ἵππων ὀρθὸς — — Anytus: ἀκήκοα. Socr. τί δαὶ τόδε; ὡς Κλεόφαντος ὁ Θεμιστοκλέους ἀνὴρ ἀγαθὸς καὶ σοφὸς ἐγένετο ἅπερ ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἤδη του ἀκήκοας ἢ νεωτέρου ἢ πρεσβυτέρου; Anytus: οὐ δῆτα. Haec exscripsit Aeschines vel quisquis auctor est dial. de virtute p. 28. ed. Fischer. Filius autem iste Themistoclis non Κλεόφαντος sed Διόφαντος vocatur in libro de educat. puueror. p. 1. C., ubi Wyttenbachius: *Cleophantum* fuisse nomen Themistoclis filio et constat et docuerunt I. Palmerius Exercitat. p. 214. atque Valcken. ad Herodot. VIII. 75. huic loco *Cleophanti* nomen restituere iubentes. Enimvero haud scio an error potius sit scriptoris quam librarii."

6. ἔτι παῖς] ὤν quod Henricum Stephanum secuti addidere interpretes, deest in edd. vett. et codd. quot hodie collati sunt, ut delendum fuerit incertae auctoritatis additamentum, quod utrum Stephanus de suo adiecerit, an ex codicibus sumpserit nondum cognitis, certi iudicii defectu in ambiguo relinquendum est. Rarior autem est, si recte observavi, participii omissio in hac dictione, nec recordor nunc locum Plu-

Διοκλέα δὲ Λύσανδρος ὁ πάππος υἱὸν ἐποιήσατο· θυγατέρας δὲ πλείους ἔσχεν, ὧν Μνησιπτολέμαν μὲν ἐκ τῆς ἐπιγαμηθείσης γενομένην Ἀρχέπτολις ὁ ἀδελφὸς οὐκ ὢν ὁμομήτριος ἔγημεν, Ἰταλίαν δὲ Πανθείδης ὁ Χῖος, Σύβαριν δὲ Νικομήδης Ἀθηναῖος· Νικομάχην δὲ Φρασικλῆς ὁ ἀδελφιδοῦς Θεμιστοκλέους ἤδη τετελευτηκότος ἐκείνου πλεύσας εἰς Μαγνησίαν ἔλαβε παρὰ τῶν ἀδελφῶν, νεωτάτην δὲ πάντων τῶν τέκνων Ἀσίαν ἔθρεψε. Καὶ

9. *γενομένην*] Iunt. *γενομένη*. 11. *Πανθείδης*] Par. *πανθοίδης*. *Νικομήδης*] etiam *Νικόδημος* annotat H. Stephanus. 12. *Νικομάχην*] Vulc. *Νεομάχην*: eamdem lectionem annotavit H. Stephanus. *Φρασικλῆς*] Amiotus Phasicles. *ἀδελφιδοῦς*] legi etiam *ἀδελφὸς* auctor est H. Stephanus.

tarcheum nisi unum, quo observasse mihi videor, Moral. p. 149. B. *ἔμπληκτος ἔφη καὶ ἀλλόκοτος φύσει, ἐπεὶ καὶ μειράκιον ἔτι μύρου σπουδαίου Θρασυβούλῳ κομισθέντος εἰς ψυκτῆρα κατακεράσας μέγαν καὶ προσεγχέας ἄκρατον ἐξέπιεν, ἔχθραν ἀντὶ φιλίας διαπεπραγμένος Θρασυβούλῳ*: sic eum locum scribendum arbitror, non admisso quod unus ex D. Wyttenbachii codicibus, Harleianus primus, offert, *μειράκιον ὢν ἔτι*, etsi facile excidere poterat participium ob similem vocabuli praecedentis terminationem. Sed quod post *διαπεπραγμένος* addidi *Θρασυβούλῳ* ex codicibus sex sumptum, item potest ex interpretatione adiectum videri, confert tamen nonnihil ad loci sententiam expediendam, ductam illam fortasse ex proverbiali quadam locutione. Certe hoc modo neque obscurus est locus nec mutilus vel affectus, ut visum est quibusdam.

10. *ὁ ἀδελφὸς — ἔγημεν*] Cornelius Nepos de Cimone in eius vita I.: habebat autem in matrimonio sororem *germanam* [*οὐχ ὁμομητρίαν*] suam, nomine Elpinicen, non magis amore quam more ductus, nam Atheniensibus licet *eodem patre* natas uxores ducere: vid. ibi interpretes. Sed liberos ex eadem matre natos matrimonio se iungere nefas erat, v. Wachsmuthium in libro quem scripsit de antiq. gr. Vol. II. P. 1. p. 205.

15. *ἔθρεψε*] tum aluit, id est domi suae adhuc habuit Themistocles, nondum elocatam. *Reiskius.* Verbum recte interpretatus est, fallitur vero quod Phrasicles fecit tribuens Themistocli, quem tum iam

τάφον μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Μάγνητες ἔχουσι· περὶ δὲ τῶν λειψάνων οὔτ' Ἀνδοκίδῃ

mortuum fuisse aperte indicant verba scriptoris.

καὶ τάφον μὲν αὐτοῦ λαμπρὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ Μάγνητες ἔχουσι] Thucydides libr. I. 133. *μνημεῖον μὲν οὖν αὐτοῦ ἐν Μαγνησίᾳ ἐστὶ τῇ Ἀσιανῇ ἐν τῇ ἀγορᾷ.* Inscriptio sepulcralis sive Gemini, sive Diodori, sive alius est, exstat in Anthol. Palat. Vol. I. p. 328. haec:

Τοῦτο Θεμιστοκλεῖ κενὸν ἠρίον εἴσατο Μάγνης
λαός· ὁ δ' ἐκ Μήδων πατρίδα ῥυσάμενος
ὀθνείην ὑπέδυ χθόνα καὶ λίθον· ἤθελεν οὕτως
ὁ φθόνος· αἱ δ' ἀρεταὶ μεῖον ἔχουσι γέρας.

ubi quod Fridericus Iacobsius Vol. III. p. 234. scribendum suspicatur *καλὸν ἠρίον* propter versum tertium, elegans est et qualis decet talem virum coniectura, necessariam non puto, si quidem probabile est, poetam famam de cenotaphio Themistocli ab Magnesiis exstructo secutum esse: cuius inscriptionis partem alteram quod sic instituit, ac si revera ossa Themistoclis eo tumulo cubarent condita, nimirum fecit, quod non illicitum est, opinor, in tali re. Ceterum plura exstant consimilia in Themistoclem epigrammata in Anthologia, quae hic afferre non attinet.

17. *περὶ δὲ τῶν λειψάνων*] de ossibus Themistoclis Thucydides l. l. *τὰ δὲ ὀστᾶ φασὶ κομισθῆναι αὐτοῦ οἱ προσήκοντες οἴκαδε κελεύσαντος ἐκείνου, καὶ τεθῆναι κρύφα Ἀθηναίων ἐν τῇ Ἀττικῇ· οὐ γὰρ ἐξῆν θάπτειν ὡς ἐπὶ προδοσίᾳ φεύγοντος:* quem sequitur Nepos: vid. ad utrumque scriptorem interpretes, cl. Blumio ad Lycurgi or. in Leocrat. p. 173. De ossibus Themistoclis oraculi iussu clam ab Atheniensibus ex Magnesia subductis, de Cimone, opinor, cogitans fabulam refert Schol. ad Aristoph. Equitt. v. 84., cuius scholii pars postrema fortasse sic corrigenda: *Σύμμαχος δέ φησι ψεύδεσθαι περὶ Θεμιστοκλέους, οὔτε γὰρ Ἡρόδοτον οὔτε Θουκυδίδην ἱστορεῖν:* vulgo *Ἡρόδοτος οὔτε Θουκυδίδης ἱστορεῖ.*

οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον] Plutarchus Alcibiad. III. *ἀλλὰ τούτοις μὲν οὐκ ἄξιον ἴσως πιστεύειν.* Cat. mai. XIX. *τοὺς ἁμαρτάνοντάς τι περὶ τὸν βίον, εἶτ' ἐλεγχομένους λέγειν φησὶν, ὡς οὐκ ἄξιον ἐγκαλεῖν αὐτοῖς.* Comp. Thes. c. Rom. II. *καὶ οὐκ ἄξιον αἰτιᾶσθαι τὴν ἐρασθεῖσαν.* Moral. p. 362. A. *οὐ γὰρ ἄξιον προσέχειν τοῖς Φρυγίοις γράμμασιν:* p. 867. F. *εἶτα πιστεύειν ἄξιον τούτῳ γράφοντι περὶ ἀνδρὸς ἢ πόλεως μιᾶς, ὃς ἑνὶ ῥήματι τὸ νίκημα τῆς Ἑλλάδος ἀφαιρεῖται;* p. 857. A. *ἀλλὰ θαυμάζειν οὐκ ἄξιον κ. τ. λ.*

Ἀνδοκίδῃ — ἐν τῷ Πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι] solita levitate Dacerius, *Andocides,* inquit, *auteur inconnu.* Non

προσέχειν ἄξιον ἐν τῷ Πρὸς τοὺς ἑταίρους λέγοντι, φωράσαντας τὰ λείψανα διαρρῖψαι τοὺς Ἀθηναίους (ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικοὺς), ὅ τε Φύλαρχος, ὥσπερ ἐν

18. *ἐν τῷ πρὸς*] *ἐν* add. Bryanus ex Bodl. 3. et edd. vett. et sic Par. 19. *διαρρῖψαι*] vulgo *διαρρίψαι*, correxit Schaeferus.

dubitandum, quin orator ille sit intelligendus, Leogorae filius, cuius vita inter decem exstat oratorum vitas, quae Plutarchi nomen mentiuntur. Sed Andocidis quattuor tantum superstites habemus orationes, quarum nullius neque argumentum nec titulus scripto, quod hic significatur, convenit, ita ut diiudicari non possit, utrum in epistola an in oratione quadam de ea re egerit. Nam quod Hermannus Cruserius haec verba convertit in hunc modum: *non est adhibenda fides Andocidi, qui in libro ad amicos scribit* —, profecto male convertit, si quidem prorsus incredibile est, librum composuisse Andocidem, eo fine, ut principum factionem incenderet in populum. Omnino non potest nisi oratio aut epistola ad *τοὺς ὀλιγαρχικοὺς*, nam ita mox ipse Plutarchus interpretatur v. *ἑταίρους*, aut habita aut scripta intelligi, qua eos incitaret ad plebem opprimendam, exemplo, ut suspicor, inter alia usus Themistocle summa iniuria ab civibus tractato, quo doceret, quantum summis quibusque viris ab populo timendum esset: videturque quo magis eorum animos ira et odio incenderet iniuriam Themistocli a populo factam supra quam verum esset (*οὔτ' Ἀνδοκίδῃ προσέχειν ἄξιον, ψεύδεται γὰρ ἐπὶ τὸν δῆμον παροξύνων τοὺς ὀλιγαρχικοὺς*) auxisse, ut vel in cinerem viri immortaliter de ipso meriti populum saeviisse diceret. Nec fugit eiusmodi suspicio, ut postea vidi, Dav. Ruhnkenium histor. crit. or. graec. p. 135. Vol. VIII. Reisk. observantem haec: Plutarchus Them. p. 128. C. laudat Andocidem *ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἑταίρους*, nisi ibi epistola intelligenda sit, scripta ad Pisandri in statu populari evertendo socios, qui proprie *ἑταῖροι* appellantur. Vid. Thucyd. VIII. 48. et Taylor. in Lys. Vit. p. 37." Sed de Pisandro quod dicit dubitari potest an verum non sit, si quidem adversarium Andocidis fuisse Pisandrum documento est locus Andocidis or. de redit. in patr. p. 82. R.

21. *ὅ τε Φύλαρχος*] Suidas s. v. *Φύλαρχος, Ἀθηναῖος ἢ Ναυκρατίτης· οἱ δὲ Σικυώνιον, ἄλλοι δὲ Αἰγύπτιον ἔγραψαν· ἱστορικός· τὴν ἐπὶ Πελοποννήσου Πύρρου τοῦ Ἠπειρώτου στρατιὰν (στρατείαν) ἐν βιβλίοις κη΄, κατάγει δὲ καὶ μέχρι Πτολεμαίου τοῦ εὐερ-*

τραγῳδίᾳ τῇ ἱστορίᾳ μονονοὺ μηχανὴν ἄρας καὶ

γέτου κληθέντος καὶ τῆς Βερενίκης τελευτῆς, καὶ ἕως τοῦ θανάτου Κλεωνύμου τοῦ Λακεδαιμονίου, ἐπιστρατεύσαντος αὐτῷ Ἀντιγόνου. Τὰ κατὰ τὸν Ἀντίοχον καὶ τὸν Περγαμηνὸν Εὐμένη· ἐπιτομὴν μυθικὴν περὶ τῆς τοῦ Διὸς ἐπιφανείας· περὶ εὑρημάτων, παρεμβάσεων βιβλία θ'. Pauca de Phylarcho attulit Sibelis Phanodemi etc. fragm. p. XIV., aliorum disputationibus uti non potui, ita ut nesciam, an praeter ea, quae Suidas commemorat opera, aliorum notitia aliunde suppetat. Ac videntur quidem quae ab Suida sunt recensita sic fuisse comparata, ut Themistoclis commemoratio ab iis aliena esset; sed quod supra de Clitarcho observavimus, idem fecisse arbitror Phylarchum, ut in libris de Pyrrhi rebus vel alio quocunque etiam ad antiquiora evagaretur, idemque, ne quid celem, ante me suspicatus est Heerenius, qui in libro de fontib. vitar. Plutarchi p. 40. et 85. accuratius quam plerumque fecit in isto libro de Phylarchi fide exposuit, recte observans, eam historiae scribendae rationem omnino post Theopompum invaluisse, ac de Phylarcho provocans ad Athenaeum. Fuit autem Phylarchus auctor non optimus, quo etsi passim utitur Plutarchus, vid. Camill. XIX. Pyrrh. XXVIII. Agid. IX. Cleomen. V. XXVIII. XXX. Demosth. XXVII. Demetr. XXV., de quo loco vid. Is. Casaubonus ad Athen. VI. p. 261. et Coraes, Moral. p. 680. E., tamen hic illic perversum eius studium tragicis quibusdam narrationibus lectorum animos flectendi et commovendi notat et vituperat, quo et hic locus pertinet et Arat. XXXVIII. extr. ὁμοίως δὲ καὶ Φύλαρχος ἱστόρηκε περὶ τούτων, ᾧ μὴ Πολυβίου μαρτυροῦντος οὐ πάνυ τι πιστεύειν ἄξιον ἦν· ἐνθουσιᾷ γὰρ ὅταν ἅψηται τοῦ Κλεομένους ὑπ' εὐνοίας καὶ καθάπερ ἐν δίκῃ τῇ ἱστορίᾳ τῷ μὲν ἀντιδικῶν διατελεῖ, τῷ δὲ συναγορεύων, repudiatque fabulosa de Baccho narrantem T. II. p. 362. A. Sed multo severiorem Phylarchus nactus est Polybii censuram libr. II. 56. et alia multa graviter in eo vituperantis et quae ad indolem scriptoris pernoscendam facientia huc transscribenda putavimus: Καθόλου ὁ συγγραφεὺς οὗτος πολλὰ παρ' ὅλην τὴν πραγματείαν εἰκῇ καὶ ὡς ἔτυχεν εἴρηκε, et mox §. 7. σπουδάζων δ' εἰς ἔλεον ἐκκαλεῖσθαι τοὺς ἀναγιγνώσκοντας καὶ συμπαθεῖς ποιεῖν τοῖς λεγομένοις εἰςάγει περιπλοκὰς γυναικῶν καὶ κόμας διερριμμένας καὶ μαστῶν ἐκβολάς, πρὸς δὲ τούτοις δάκρυα καὶ θρήνους ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν, ἀναμὶξ ἅμα τέκνοις καὶ γονεῦσι γηραιοῖς ἀπαγομένων· ποιεῖ δὲ τοῦτο παρ' ὅλην τὴν ἱστορίαν, πειρώμενος ἑκάστοις ἀεὶ πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέναι τὰ δεινά.

ὥςπερ ἐν τραγῳδίᾳ τῇ

προαγαγὼν Νικοκλέα τινὰ καὶ Δημόπολιν, υἱοὺς Θεμιστοκλέους, ἀγῶνα βούλεται κινεῖν καὶ πάθος

23. *Νικοκλέα*] Bodl. 3. vulgo *Νεοκλέα.*

ἱστορίᾳ] nihil hac alterius praepositionis omissione apud Plutarchum frequentius, praesertim in comparationibus iisque brevioribus de qua re cum alii multi dixere, tum omnium optime Godofr. Bernhardius gr. gr. p. 204. sq. Exempla ex Plutarcho attulit C. Fr. Hermannus Specim. Commentar. crit. in Plut. de superstit. p. 7., quibus accedant alia quaedam. Aemil. P. XXV. *καταδὺς ὥςπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὸν ἄπειρον ὄχλον.* Comp. Aristid. c. Caton. I. *ἀφῆκεν ἑαυτὸν ὥςπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν ἐν Ῥώμῃ πολιτείαν.* Ciceron. VI. *καθάπερ εἰς πέλαγος ἀχανὲς τὴν πόλιν ἐμπεσὼν ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος.* Fugit hoc Moserum quum in Creuzeri meletem. partic. II. p. 41. tentaret locum vit. Sull. XXII. *πολλοὶ τὴν τυραννίδα φεύγοντες ὥςπερ εἰς λιμένα τοῦ Σύλλα τὸ στρατόπεδον κατεφέροντο* corrigens *εἰς τὸ τοῦ Σ. στρ.*, etsi afferre poterat locum vit. Pompei. VI. *πανταχόθεν εἰς τὸ Σύλλα στρατόπεδον, ὥςπερ εἰς λιμένα καταθέοντες*, nam ne eo quidem mutationis necessitas comprobatur; conf. Peiresciana Excerpt. Dionis p. 649. *ὥςπερ ἐπὶ λιμένα τὸ τοῦ Σύλλα στρατόπεδον κατεφέροντο*, quem locum cum Arrianeo: *κατηῤῥάχθησαν ὥςπερ εἰς τεῖχός τι φίλιον τοὺς ἐλέφαντας* Expedit. Alexandr. V. 17. composuit Gronovius. Rarius fit, ut quae arctissimo constructionis attractoriae vinculo (verba sunt Schaeferi) iunguntur uno vel pluribus verbis interpositis dirimantur, ut Coriolan. XXXIV. extr. *ὥςπερ ὑπὸ ῥεύματος φέρεσθαι τοῦ πάθους ἑαυτὸν ἐνδεδωκώς*, ubi v. Schaeferus, qui tamen nescio cur huc traxerit Sullae locum, quem supra posui; Aemil. P. XIII. *περιεῖδεν ὀλίγῳ χρόνῳ μετὰ τέκνων καὶ γυναικὸς ὡς ἀπὸ νεοττιᾶς ἀρθέντα τῆς βασιλείας.* Arrian. Exped. VI. 25. *ὥςπερ ἐν πελάγει ἐκπεσόντες τῇ ψάμμῳ ἀπώλοντο.* Pompei. XXVI. *ὥςπερ εἰς σμῆνος ἐδύοντο πανταχόθεν καταφερόμενοι τὴν Κιλικίαν*, de quo loco item admonuit Schaeferus. Ad alios scriptores deverti nunc non attinet.

23. *Νικοκλέα τινὰ*] hoc recipere nunc non dubitavi, pro quo quod vulgo legebatur *Νεοκλέα*, verum non esse additum docet *τὶς* pronomen, cuius hanc puto vim esse, ut Phylarchus ne nomina quidem filiorum recte perscripsisse significetur; scilicet, Plutarchus ait, Nicoclem nescio quem ac Demopolin filios Themistoclis inducit. Quod autem supra c. I. Amiotus ac Cruserius patrem Themistoclis et ipsum nuncupent Nicoclem, nimirum is merus est error.

ὃ οὐδ᾽ ἂν ὁ τυχὼν ἀγνοήσειεν ὅτι πέπλασται. Διόδωρος δ᾽ ὁ περιηγητὴς ἐν τοῖς Περὶ τῶν μνη- 501
μάτων εἴρηκεν, ὡς ὑπονοῶν μᾶλλον ἢ γινώσκων, ὅτι περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου πρόκειταί τις οἷον ἀγκών, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντός, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπίς ἐστιν εὐμεγέθης καὶ τὸ περὶ αὐτὴν

31. *περὶ αὐτὴν*] *ἐπ᾽ αὐτῇ* corrigit Coraes.

26. *Διόδωρος ὁ περιηγητής*] Diodori Periegetae meminit I. G. Vossius de histor. gr. IV. p. 356. inter incertae aetatis scriptores; et sic alii. Nescio igitur qua fide nitatur quod Leopoldus scribit ad vit. Thesei extr.: *gente Characenus fuit, Geographus celeberrimus, qui Augusti temporibus floruit, vid. Fabric. bibl. gr. l. IV. c. 2.*, neque enim inspicere potui Fabricium. Plutarchus praeter hunc locum bis meminit Diodori, Thes. XXXV. Cimon. XVI., semel Athenaeus libr. XIII. p. 591. E., utrum ad hoc *περὶ μνημάτων* opus respicientes, quod Dav. Ruhnkenius contendit histor. cr. orat. p. 162., an ad aliud, incertum relinquendum est; sed hoc certum, T. II. p. 849. C. corrigendum esse: *Διόδωρος* (vulgo *Ἡλιόδωρος*) *ἐν τῷ τρίτῳ περὶ μνημάτων*, quod prior vidit monuitque l. l. Ruhnkenius.

28. *τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου*] videtur monumentum cuiusdam Alcimi, forte herois, indicare. Sed nihil habeo. *Xylander.* Dubitat Xylander de nomine: Meursius corrigit *Ἄλιμον*, cuius loci meminit et Pausanias et Stephanus de Urbibus. *Bryanus.* De tota re praeter Henr. Dodwellum Itiner. Graec. T. I. p. 260. ex interpret. Sickleri imprimis videndus Leaekius Topogr. Athen. p. 341. 343. sqq. ex interpr. A. Rienaeckeri, a quibus tamen dubitari potest an non recte intellecta sit *κατὰ* praepositio, si quidem loquuntur de Alcimi promontorio, quod ego promontorium, quod est ex regione Alcimi, herois haud dubie templique ei dicati, dicendum fuisse suspicor. Facile autem intelligitur, totam hanc rem sic esse comparatam, ut nec Plutarchus, neque ante Plutarchum alii scriptores certi quid de ea compertum habuerint: tanto magis videndum ne frustra sint, qui hodie verum deprehendisse sibi videantur.

30. *ὑπεύδιον*] *ἐν ᾧ τόπῳ παύεται τοῦ κυμαίνεσθαι ἡ θάλασσα. Coraes.*

31. *περὶ αὐτὴν*] *γράφε ἐπ᾽ αὐτῇ, ἐπὶ τῇ κρηπῖδι δηλονότι, καθάπερ ἐξέφρασαν καὶ οἱ μεταφράσαντες, καίπερ τῆς γραφῆς παρ᾽ οὐδενὶ ἐξηλλαγμένης. Coraes.* Vere ut arbitror, videturque etiam Schae-

βωμοειδὲς τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. Οἴεται δὲ καὶ Πλάτωνα τὸν κωμικὸν αὐτῷ μαρτυρεῖν ἐν τούτοις·

Ὁ σὸς δὲ τύμβος ἐν καλῷ κεχωσμένος
Τοῖς ἐμπόροις πρόσρησις ἔσται πανταχοῦ
Τούς τ' ἐκπλέοντας εἰσπλέοντάς τ' ὄψεται
Χὠπόταν ἅμιλλα τῶν νεῶν θεάσεται.

35. ὁ σὸς] Iunt. ὁδὸς. καλῷ] Bodl. 3. χαλκῷ. 37. τούς τ' ἐκπλ.] Iunt. τούς τ' ἐκπλ. ὄψεται κἐσπλέοντας. εἰσπλ. τ' ὄψεται] Par. ὄψεται κ' ἐκπλέοντας. Bodl. 3. κ' ἐσπλέοντας ὄψεται. Ald. εἰσπλ. τε ὄψεται. 38. χὠπόταν] Bodl. 3. Par. Iunt. vulgo χὠπότε, quod correxit Bryanus.

ferus comprobasse. Amiotus: y trouve-l'on une base grande et longue, *dessus* laquelle y a comme la forme d'un autel: c'est, dit-il, la sepulture de Themistocles.

33. *Πλάτωνα τὸν κωμικὸν*] de Platone, veteris comoediae poeta, Suidas: *Πλάτων, Ἀθηναῖος, κωμικὸς, γεγονὼς τοῖς χρόνοις κατὰ Ἀριστοφάνην, Φρύνιχον, Εὔπολιν καὶ Φερεκράτην.* Egregie de eo disputavit A. Meinekius Quaest. scenic. specim. II. p. 11. sqq. Versus, quos Plutarchus affert, quanam in comoedia scripti fuerint neque ab aliis quaesitum video, neque ipse certo dixerim. Sed de ea re docebimur a Meinekio; interim fateor mihi non improbabile videri, sumptos esse hos versus ex fabula *Ἑλλὰς ἢ νῆσοι* inscripta, si verum est quod suspicatur Meinekius quoque, de maritimo Atheniensium imperio in ea actum esse.

35. *ἐν καλῷ*] *ἐν ἐπιτηδείῳ τόπῳ. Coraes.*

38. *χὠπόταν ἅμιλλα*] *ἅμιλλ' ᾖ* corrigi voluit Ric. Porsonus Adversar. p. 265. Lips., vere, ut nunc visum est Schaefero, quem olim omissio verbi substantivi non offendit, vid. eum ad Gregor. Cor. p. 153., nec tum, quum annotationes ad Demosthenem scribebat, v. T. III. p. 349. Ego quidem quum ferantur talia, quale Homeri Il. XI. v. 477. *ὄφρ' αἷμα λιαρὸν καὶ γούνατ' ὀρώρῃ* et I. v. 547. *ἀλλ' ὃν μὲν (μῦθον) κ' ἐπιεικὲς ἀκουέμεν, οὔτις ἔπειτα οὔτε θεῶν πρότερον ἀκούσεται οὔτ' ἀνθρώπων.* Euripidis Hippolyt. v. 659. *νῦν δ' ἐκ δόμων μὲν ἔστ' ἂν ἔκδημος χθονὸς Θησεὺς ἄπειμι.* Demosthenis in Mid. p. 529. 20. *τριάκοντα ἡμερῶν, ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφή,* et quae God. Bernhardius confert in addendis Buttmanni Platonis reipubl. II. p. 370. *ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία,*

Τοῖς δ' ἀπὸ γένους τοῦ Θεμιστοκλέους καὶ τιμαί τινες ἐν Μαγνησίᾳ φυλαττόμεναι μέχρι τῶν ἡμετέρων χρόνων ἦσαν, ἃς ἐκαρποῦτο Θεμιστοκλῆς Ἀθηναῖος, ἡμέτερος συνήθης καὶ φίλος παρ' Ἀμμωνίῳ τῷ φιλοσόφῳ γενόμενος.

Antiphontis de Herod. p. 133. 13. *ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος τῆς βασάνου*, **non puto mutandum esse hoc loco librorum scripturam, nec Fridericus Iacobsius dubitavit versum Epicharmi ap. Stob. tit. LXXXVI. 6. p. 493. v. 12.** *κἂν Αἰθίοψ ἡ μήτηρ, ἔστιν εὐγενὴς* **corrigere** *κἂν Αἰθίοψ ἐκ μητρὸς*, **Lect. Stob. p. 129., verene an secus, quaerere nunc non possumus: vid. eundem ad Anthol. Palat. T. III. p. 60. Alia de ellipsi verbi substantivi diximus in epistola ad Hermannum.**

41. *ἃς ἐκαρποῦτο*] **conf. ad c. XXXI.**

Θεμιστοκλῆς] **de eo videndus Boeckhius Corp. Inscr. Vol. I. p. 441. sqq.**

42. *παρ' Ἀμμωνίῳ*] **praeceptori Plutarchi, vid. T. II. p. 70. E.** *ὁ δὲ ἡμέτερος καθηγητὴς Ἀμμώνιος:* **vid. Io. Ruald vit. Plut. c. VII. cl. Iac. Bruckero histor. crit. phil. T. II. p. 180.**

I.

INDEX RERUM ET VERBORUM.

II.
INDEX GRAMMATICUS.

III.
INDEX SCRIPTORUM.

Corrigenda.

I. in praefatione.

p. XXV. lin. 26. leg. codicibus 1. 2.
— XXVI. lin. 14. leg. hoc unum
— XXX. lin. 11. leg. *ἐκεῖ ταφείσης*
— XXXVIII. lin. 7. leg. Vulcobianam
— XXXIX. lin. 5. leg. Vulcobius
— XLVIII. lin. 31. leg. Habuit
— LI. lin. 19. leg. ionicis
— — — 31. leg. edidit
— LV. lin. 3. leg. congerere locos
— LVII. lin. 5. leg. Demosthen.
— LIX. lin. 31. leg. eamdem
— LXII. lin. 9. leg. §. 4.
— LXIII. lin. 6. leg. Cleoni

II. in annotationibus.

pag. 2. b. lin. 12. leg. qui faciunt.
— 61. b. — 20. — loci
— 75. a. — 13. — quidem
— 78. a. — 19. — non fuit
— 81. b. — 29. — At enim
— 82. b. — 21. — commissurus
— 83. b. — 37. — quem locum
— 86. a. — 13. — liberis
— 100. a. — 29. — Pompei.
— 102. a. — 5. — *ἔμβολον*
— 105. b. — 4. — quamdam
— 113. b. — 34. — et ad iudices et ad eos,
— 117. b. — 9. — Schneiderus
— 174. a. — 17. — ut *σπουδάζειν*
— 177. a. — 2. — Menagius
— 180. a. — 6. — quoque apud
— 184. a. — 11. — nam ibi
— 185. a. — 15. — ed. Baehrii
— 189. b. — 2. — *ζῆν*.



